ericinos - v. **erineos.*

ericius - *ri-* GL. CAS. 90, 565, 2, 22. — GL. AA 465, 2, 36 minicus -us.

erigo - *ae-* inf., *-rr-* DIONISI Ald. 133, 22, *-re-* inf., *ĕ-* inf. — Aedificare: BULL. CASIN. II a. 762, 6, 2, 11 monasterio, quod ... fundavimus, -ximus: ANN. CAM. a. 1008, 189, 27 in predicta ecclesia, que -ctus est: PAP. DIPL. 94, 22 aecclesiam ... ae-tam. — Restaurare: ANN. ECCL. a. 532, 446, 2, 54 lauram (urbem) que ... bellis inclinata fuerat in genua, mox -xit et renovavit. — Convertere: MON. ECCL. FLOR. a.s. X, 31, 7 -ctis sursum in coelum oculis: BULL. CASIN. II a. 997, 58, 1, 39 ad superna -cti: IOH. CAS. pass. 1, 35 nonnunquam quasi columna ignis corusco fulgore usque caelum -cta mirabiliter visa est: LAUD. OCT. 393, 2, 16 in caelum -ctis luminibus. — Sublevare: ANN. ECCL. a. 513, 134, 2, 16 senex cum ..., eum -xisset, primus ei intemerata impertiit sacramenta. — *Se ... -re,* surgere: ANN. ECCL. a. 513, 136, 1, 7 se in pedes -ns: PASS. MARC. SEC. 828, 2, 71 cum prostratus in terram gratias Deo persolvisset, -ns sese in hanc vocem erupit: PASS. SERAP. 502, 1, 23 invenerunt iuvenes deiectos in terram, non habentes potestatem -ndi se: PETR. PRESB. 131, 22 ut eos vidit de solio suo se -ns et obviam illi procedens honorifice salutavit eos; obstare: CONC. GRAECA 184, 23 quasi contra magnam synodum se -re-ns. — *-i,* surgere: VITA PROBI 555, 1 E 8 -cti tamen multa inter nos contulimus: VITA GAUD. AR. 471, 1, 57 igitur -cti ab orationibus; superbire: ANN. ECCL. a. 516, 173, 1, 43 nec tamen ob summi culmen tumefactus honoris -tur; foveri, vigere: a. 502, 14, 1, 58 rebus omnibus pacatis sola tranquillitate -i. — Transl.: PETR. SUBD. Greg. 441, 1 rex deus ille magnus, qui vos in tanto culmen ē-xit. — Spirit., sanare: ANN. ECCL. a. 512, 123,

2, 47 festinate ad curam resolutorum Ecclesiastici corporis membrorum, ut dissolutas manus nostras ... -atis. — Part. pf. cum *stare* redund.: MIR. AGR. 327, 40 invenerunt hominem, quem ante adtractum viderant ... solutis genibus -tum stantem.

erinsemon - v. *erysimon.*

eriphon - gen. pl., ex ἔριφος: GL. AA 459, 1, 34 haedorum -n idest hedulus minores.

eripio - transl., depellere: ANN. ECCL. a. 536, 361, 2, 45 ut in totum desiderio vestro non videatur -tus. — *In libertatem, ad ingenuitatem -i,* liberari: LEX ROM. CAN. 175, 239, 1 servus ... per titulum pro derelicto contemptus a Domino suo in libertatem -atur: 177, 243, 2 servilis condicionis persona -atur ad ingenuitatem. — Spirit., *-i,* de morte aeterna liberari: ANN. CAM. a. 996, 131, 14 in die iudicii non resurgat in numero illorum, preter illos, quos superius anteposuit et qui -ti erunt.

erisipilas - v. *erysipelas.*

erogator - *he-* COD. VER. 19 dec. 884, 443, 13.

erogo - transl.: ANN. ECCL. a. 504, 47, 2, 65 -ndi talenta sibi credita reperiens occasionem, coepit catholicos erudire: CONC. AEV. CAR. 414, 27 ut emendati atque correcti talentum sibi a Deo conlatum aliis -re procurent. — Afferre: BULL. CASIN. II, 21, 1, 45 aliquam molestiam -re.

erpillum - serpyllum: GL. MED. 33, 20 -um: hoc est cicer agreste.

errans - v. +*erro.*

erraticus - in metaph.: ANN. ECCL. a. 502, 23, 1, 22 qui ... praeceptorum falce caelestium -os palmites de conversationis suae radice sustulerit. — De febri: GL. MED. 59, 12 planete febres, id est -e.

errigo - v. *erigo.*

erro - *te-* GL. AA 488, 1, 22. — Part. gen. pl. *-ntum* FLAV. VERC. 128, 18. — Sensu spirit.: PASS. NIC. 270, 1, 67 beati martyres ... effecti sunt -ntibus via, caecis lumen.

error - de Christ. religione: PASS. HED. 113, 2, 15 ecce Hedestus, tribunus tuus, deseruit deos ... et sequitur -em.

erucescende - GL. AA 453, 2, 30 -e vidende patiende grate.

erudimenta - studium: PAP. DIPL. 107, 20 viros -a scientiae decoratos.

eruditio - transl.: PS. TER. 571, 6 -is summam arripiens.

erugo, -umna - v. *aerugo, -umna.*

erumnuosus - v. *aerumnosus.*

erumpo - exire: ANN. ECCL. a. 536, 544, 1, 45 defecerat spiritus, et anhelans in morte, anima -re gestiebat. — De pluvia, effundi: a. 517, 199, 1, 36 repente -ns vehemens pluvia: a. 543, 637, 1, 5 repente ... tanta vis pluviae ... -upit. — Abs., pugnam committere: a. 509, 88, 1, 11 neque enim -bat unquam inexplorato, sed tam repente, tamque in primis apposite ad consilium, ut plerumque cum praeda se iam recepisset. — Transl., pervenire: LEO VERC. ep. tres 20 ,20 in tantam ... confidentiam spe gratie vestre sibi promisse -upit.

eruo - abs., a malis periculisque protegere, liberare: ANN. ECCL. a. 503, 32, 1, 15 Deo supplicastis, illius vos virtus -ret, cuius potest servare clementia: FLORIAN. Ep. 117, 14 me ... ut familiarem alumnum -at: AGNELL. 385, 28 praedabunt civitates in marinis litoribus sitas, et non erit qui -at.

erutus - GL. AA 453, 2, 34 -us. cursor.

ervus - v. **ervum.*

eryngius - v. **eryngion.*

erysimus - v. **erysimon.*

erysipalas - v. **erysipelas.*

erysipelas - *-isipi-* GL. CAS. 90, 568, 1, 39.

erysmon, -sum - v. **erysimon.*

erytbra - v. **erythros.*

erythrodanon - v. **erythrodanus.*

es - v. **et* et *aes.*

escaticum - v. **exaticum.*

escribo - v. **scribo.*

escutio - v. **excutio.*

esdifico - v. **edifico.*

esharchus - v. **exharchus.*

esito -. v. **haesito.*

espendibilis - v. **expendivilis.*

essentia - in re theol.: PASS. ANSANI 63, 2, 68 (Deus) ... non est ubi non sit per -am quae ubique est: ANN. ECCL. a. 511, 105, 1, 23 Arium ... alienantem a Patris -a eum qui est natura Filius: PAP. DIPL. 62, 34 Dei ... qui trinus est in personis, et unus in -a maiestatis.

essequor - v. **assequor.*

estimacio, -tio - v. *aestimatio.*

estimator - v. *aestimator.*

estimo - v. *aestimo.*

estipulatio - v. **adstipulatio.*

estuo - v. **aestuo.*

estus - v. *aestus.*

esuriens - subst.: RATH. Serm. 692 A 10 nonne -ns desiderat edere; spirit.: ANN. ECCL. a. 536, 550, 2, 45 sic hypocrisim veluti escam quamdam animabus -tium porrigit.

esuries - *-a* ANN. CAM. a. 1020, 239, 8.

et - *ete* ANN. CAM. a. 855, 14, 53, *te* PAP. DIPL. 125, 13 (cf. ibid., adn. 54, p. 270). — *Et quod plus,* atque adeo, quin etiam: BULL. CASIN. II 55, 2, 48 et quod plus, quaero ut dicant isti qui ad praesens sunt, si cartula ... vera est. — Confund. cum, *dum:* ROMANIN 377, 12 servitium de centum amplioris ... dare debeamus ... in perpetuum, et in nostra civitate habuerit hominem; *quin:* VITA LEI 97, 2 quis infirmatur: et ego non infirmor?

etabello - *-ant* pro *et abellant* (= avellant)?: GL. AA 441, 2, 35 avesunt mala idest averna -ant detrahunt quae aut maiores natu qui dignant norum qui possunt.

etciam - v. **eciam.*

etclesia - v. **aecclesia.*

etdificium - v. **edificum.*

ete - v. *et.*

etendo - v. **extendo.*

etermus - v. **eternus.*

etern- - v. *aetern-.*

eterum - v. **iterum.*

ether(eus) - v. *aether(eus).*

ethinones - GL. AA 454, 1, 3 -es, delectabiles (cf. THES.).

ethnicus - *enn-* GL. AA 453, 2, 4.

etiam - v. *+eciam.*

etlesia - v. **aecclesia.*

etmatites - v. **haematites.*

etqualiter - v. *aequaliter.*

etron - v. **ethron.*

etrophia - v. **atrophia.*

etruna - fort. perper. pro *Etruria:* GL. AA 454, 1, 4 -a regio grus colum.

etsi - si: ANN. CAM. a. 881, 27, 47 -i abbatissa pensione non dederit ... tunc postea dent ipsa pensione, quod reliquum est: PASS. VINC. 627, 1, 54 sed -i dii tui se liberare a supplicio mortis non potuerunt, tu quomodo eris liber a poena inferni?

etumologia - v. *etymologia.*

etvenio - v. **evenio.*

etymologia - *etu-* HIST. ABB. CAS. 81, 1, 54.

euangelium - v. **evangelium.*

eubangelium - v. *evangelium.*

euchymos, eucimos, eucymios, eucymus - v. **eucymos.*

euczomon - v. **euzomon.*

eufonia - v. **euphonia.*

euftartus - v. **euphtartus.*

eugelvim - v. *evangelium.*

eugumenus - v. **hegumenus.*

euitudo - hebetudo?: BON. SUBD. 34, 1, 46 huius profectionis rumor ... aemulos tuos ingenti -e vibrat.

eum - v. **heu.*

eunuchus - ADN. COD. IUST. 122, 12 qui -um fecerit puniatur: CAT. REG. LANG. 491, 43 ille ... interfectus est a suis domesticis -is.

eununcus - v. **eunuchus.*

eupatarion - v. **eupatorion.*

euphorbius - v. **euphorbium.*

eupordion - eupatorion: GL. MED. 63, 10 prasias, herba a Graecis dicitur, alii -n.

euritius - v. **ebritius.*

euruca - v. **eruca.*

eutentic(h)us - v. *authenticus.*

eutus - GL. AA 454, 1, 12 -um sonum.

euwangelium - v. **evangelium.*

evacuacio - v. **evacuatio.*

evacuo - eicere: ANN. ECCL. a. 530, 415, 2, 16 quicumque in episcopatu obtinendo ... aliquid promisisse declaratur, ut execrabilis contractus cunctis viribus -retur. — Irritum reddere: ANN. ECCL. a. 532, 444, 1, 19 cur non sustinuerunt tot labores pro virtute sed eos consumpserunt in hac quae -tur et aboletur sapientia?: a. 536, 538, 1, 50 sic -bitur omnis expectatio his qui frustra sperant in eis: a. 538, 579, 2, 8 Dei humanitas illius improbitatem frangens atque -ns; de testamento: GL. NOV. 220, 13 quod si testamento ... -rit: sed praeter substantiam paternam. — Negare: ANN. ECCL. a. 515, 157, 1, 44 Nestorius cum participibus suis, qui -nt divinae sacramenta naturae; despicere, praeterire: MON. ECCL. FLOR. a. saec. XI, 620, 5 qui Deorum nostrorum culturam -as.

evado - *he-* Doc. Luc. V, 2, 114, 1, 31. — Inf. pr. *-rent* V, 2, 93, 1, 7. — Esse, fieri: Ann. eccl. a. 511, 106, 2, 11 tunc -it manifestum, qualis etiam senectus ... se fortiter gerit. — Refl., sensu transl.: a. 513, 136, 1, 22 Marinus quidem nihilo se -it melior: Ficker mart. 843, 17, 5 necessitatem famis compulsus sum et nihil habeo, unde me de iste tempus famis -re possum; absol., ead. sign.: Ann. eccl. a. 503, 35, 2, 29 talem ausum neque hic confidimus -surum: et in ... Dei iudicio recepturum, quod iis temeritatibus ... debetur.

evanesco - insanire, delirare: Pass. Ansani 63, 2, 61 homines ... tantum -uisse in cogitationibus suis, quod ligna ... sibi Deos facerent.

evangelicus - *evgagne-* Ann. Cam. 12, 54. — Nom. *-am* Doc. Luc. V, 2, 9, 1, 44.

evangelium - *eub-* Maff. Ver. a. 699, II, 633, 35: Pap. dipl. 148, 35, *eugelvim* Doc. Luc. V, 3, 629, 1, 11, *evv-* Pap. dipl. 148,.8. — Nom. sing. *-a* Adn. Cod. Iust. 64, 26: 65, 6, pl. *-am* Pap. dipl. 148, 28.

evangilium - v. **evangelium.*

evanidus - de cibi sapore, elutus, tenuis: Gl. med. 13, 7 blitum, genus oleris saporis -i.

evaporo - trans., vi causat., dissipare: Gl. med. 96, 10 zynziber ... humores ispissos solvit ... et -at et purgat.

evbangelium - v. **evangelium.*

eveho - transl., extollere: Ann. eccl. a. 526, 361, 2, 6 Deo iuvante, parentes nostri decenter -ti sunt.

evello - extrahere: Conc. Rom. 998, 228, 60 de dextra illius anulum -ntes. — Rescindere, infirmare: Adn. Cod. Iust. 20, 22 testamentum non legibus factus -tur.

evendeco - v. *evindico.*

evenio - ind. pf. *hebenit* Ser. princ. Lang. 140, 28, *evine* Doc. Luc. V, 2, 43, 2, 20; coni. impf. *eveneret* V, 2, 3, 2, 4. — In possessionem venire: Ann. Cam. a. 867, 21, 14 res ... que nobis de quondam Odone per cartula -runt: a. 954, 56, 57 quem nobis -it ... a quondam Maria nobilissima femina.

eventus - finis, exitus: Mon. eccl. Flor. a. 752, 320, 2, 30 si quis in tanta furoris pervenerit audacia, ut possessionem rerum apud fiscum, vel apud quoslibet homines constitutarum, ante -um iudicialis arbitri, violenter invaserit, dominus quidem constitutus possessionem, quam abstulit, restituat possessori et dominium eiusdem rei amittat.

evertibilis - Gl. AA 454, 1, 10 -is declinabilis evitandum...

everticon - ebenotrichon, genus herbae: Gl. med. 62, 19 politricum: a Grecis adianton, alii politricon, alii tricomanes, alii -on.

everto - subvertere: Gl. AA 449, 2, 27 derutus -sus vel deiectus. — Abolere: Lex rom. can. 169, 227, 1 totam observationem testamentorum multis vigiliis excognitam atque inventam velle -i. — Subtrahere: Agnell. 349, 31 ut ecclesiam suam ab iugo vel condicione Romanorum -ret. — *Vitam -re,* mori: Ann. eccl. a. 512, 446, 2, 32 Nonnus malorum illorum studiorum opifex vitam -it miserrime.

evestigio - confestim: Ann. eccl. a. 522, 305, 2, 3 ubi Cabaon hoc accepit, -o exercitum in occursum educit, sepiitque vallo; cf. **vestigium.*

evgagnelicus - v. *evangelicus.*

evictus - in iudicio victus: Adn. Cod. Iust. 243, 29 causator -us simul et dispendia reddat. — De rebus, sensu iurid.: Gl. pist. 34, 14 detrimentum -ae possessionis: 39, 32 praedium -um.

evidens - *in -i est,* constat, manifestum est: Ann. eccl. a. 521, 293, 1, 5 cum in -i sit, quia poenitentia malorum est operum, non bonorum.

evigilo - vigilare: Pass. Ansani 62, 2, 44 B. Martyr cum magno gaudio -vit referens gratias Iesu Christo (cf. 66, 2, 13). — Curare: Pass. Hed. 113, 1, 8 tu autem ... non salvari -as, sed cruciari festinas.

evinco - coni. impf. *aeviceret* Doc. Trev. a. 726, 41, 24: Maff. Ver. II a. 726, 635, 13, coni. pf. *eviceri* 49, 17. — In re for., convincere: Ann. Cam. a. 954, 57, 51 si quis eorum pulsatus fuerit: aut -ctus ... dabit pars infidelis auri libras tres: Adn. Cod. Iust. 123, 13 qui rem male emisit et alii eam vendidit, si -ctus fuerit, rem restituit.

evindeco - v. *evindico.*

evindico - *-ve-de-* Pap. dipl. 101, 25. — Coni. pf. *habiant evindecatas* Pap. dipl.

102, 12. — Vindicare: ANN. CAM. a. 867, 24, 26 quof reppetit -re non valeat; obtinere: CHARTAE 4 sept. 996, 182, 306b quod repetierimus -re non valeam as.

eviscus - v. *hibiscus.*

evitabilis - inevitabilis?: ANN. CAM. a. 998, 145, 4 -i utilitate et perspicua melioratione sacri loci.

evocatio - vocatio: ANN. ECCL. a. 532, 447, 2, 36 in grandi solicitudine devenerit, nesciens occasionem -nis nostrae.

evoco - convocare: ANN. ECCL. a. 502, 13, 2, 56 hoc iis Pontificibus commisimus -tis: a. 532, 448, 1, 3 -vit archiepiscopum ... imperator in venerabili palatio suo *al.* — Excitare: a. 502, 17, 1, 47 illam multitudinem ... non ... Christiana magis exspectatio, quam furor -vit?

evolatus - volatus: GL. AA 475, 1, 2 prepetes aves qui -u suo auguria ostendunt.

evolus - v. **ebulum.*

evolvo - de tempore: AGNELL. 344, 18 post aliqua -ta tempoera: TRANSL. FIRMI. 311, 7 -to *non modico tempore.*

evomo - effundere: PASS. GREG. 383, 4 -ns interiora sua expiravit.

evritius - v. **ebritius.*

evrius - v. *ebrius.*

evullio - v. **ebullio.*

evungelium, evvangelium - v. **evangelium.*

ex - *hexereditate* pro *ex hereditate* DOC. LUC. V, 2, 93, 19. — Seq., acc.: MAFF. Ver. II a. 774, 640, 32 ex comparationem: ANN. CAM. a. 988, 109, 43 ex potestatem; adv., redund.: a. 967, 77, 31 ex numquam: a. 1013, 208, 2 ex antea. — De, orig.: PASS. MAUR. FUND. 372, 10 ex parentibus christianis natus est ... Maurus: PASS. FIRM. 129, 20 eo quod audisset quia ex dignitate senatoria descenderet; ag., cum *ab* confund.: ANN. ECCL. a. 503, 34, 40 ita humano generi ex alterutro consulatur: ROMANIN 348, 3 Michaelis, et Theophilo e Deo coronatis; loc., fere *in*: GL. MED. 10, 14 has herbas ex nomine eius, qui invenit hoc ex parte Artemisiae, nuncupant: MON. ECCL. FLOR. ante saec. X, 30, 24 nautas ex altera parte consistentes: ANN. CAM. a. 1005, 179, 6 de monasterio quod est edificato e locho qui dicitur Valle de Castro. — Pro genit.: BULL. CASIN. II a. 781, 19, 50 Radoara abbatissa ex Monasterio Domini Salvatoris in Brixia: PAP. DIPL. 17, 30 abbas ex Monasterio Corbeiae: BULL. ROM. 26 dec. 903, 236, 14 Franco abbas ex Monasterio Corbeiae. — *Ex militia exsistens,* miles: BULL. CASIN. II a. 772, 13, 55 licentiam habeant distringendi ... ex militia existentem, vel etiam famulum ecclesiae. — De eo quo quis utitur ad alqd faciendum: PASS. MAUR. FUND. 374, 14 e pecunia illa ecclesiam construxit; de qualibet condicionis mutatione: MAFF. Ver. II a. 769, 637, 34 faciat ex eis ... quidquid previderit. — De, super: ADN. COD. IUST. 20, *16 pater ex maternis* bonis deliberare non potest; inter, sensu leg.: GL. PIST. 33, 31 donationem propter nubtias non esse ex bonis patris in successione, sed proprii matrimonii; *ex parte,* in partes: REDLICH c. a. 995-c. a. 1005, 15, 1 silvam ... quam postea ex parte diviserunt; *ex merito,* propter: ANN. ECCL. a. 502, 21, 47 odiorum incendia, quae non ex impugnati merito, sed ex studiorum fomentis arserunt; *ex adversis,* ob calamitates: a. 517, 202, 45 quis non frangeretur malis, nisi eum ex adversis praemia consolarentur?; *ex tempore,* statim: a. 509, 88, *adn.* 9 quorum maximam partem necabat ex tempore; *ex imo,* ex imo corde: a. 522, 316, 43 Senex ... cum collegisset spiritum et ex imo suspirasset; *ex arduo,* ex arduo loco: a. 531, 424, 13 collibus ... per quos ... semitae ... ex arduo in declive protenduntur; in form., *ex diverso, diversis,* contra, vicissim: TAB. MAR. LAT. dec. 921, 1, 9 convenit inter donna Odocia ... diacona ... et e dibosis (= diversis) Genusu ... cum Leonina ... iugalibus: ANN. CAM. a. 992, 115, 15 convenit inter Johanne ... presbytero ... et ex diverso ... Gregorius ... medicus; *ex adverso,* obviam, contra: ANN. ECCL. a. 507, 66, 14 duo ex adverso subito advenientes, contis utraque ei latera feriunt. — *Ex antiquo,* iam inde antiquitus: a. 529, 409, 16 ex antiquo suis legibus vivunt Tzani. — De modo: MAFF. Ver. II a. 726, 635, 29 hanc pagina ... ex dectato barbani mei scripsi; ANN. ECCL. a. 533, 471, 5 iamque ex illo frugi esse et ex aequo inter se vivere ... cogitabant; *ex usu est,* mos est: a. 518, 202, 32 ex usu est fidelibus Dei, ut

per mortem corporum vitam lucrentur animarum. — Redund., in form.: COD. PAD. a. 829, 13, 1 ex omnia quae habere videor de ex successione domini et genitori meo.

exacerbatus - acer factus: GL. MED. 35, 24 -i in nobis humores atque substantiae corporales ... amittunt temperiem.

exacervho - v. **exacerbo.*

exacervo - v. **exacerbo.*

exacrum - GL. AA 454, 1, 20 -um odibile simulacrum.

exactito - exactare: DIPL. REG. I 617, 10 ut ... in ulla re vel opere distringendos praesumat cogere vel -re.

exacuto - exacuere: GL. MED. 67, 16 qui (scil. spiritus) cum per angustum itineris spatium fuerit actus, vocem sonumque impulsu suo faciens -tur.

exadio - v. **exaudio.*

exalacio - v. **exalatio.*

exalesco - v. **excalesco.*

exalo - v. *exhalo.*

exaltatio - v. **exalatio.*

exalto - seq. *super* cum acc., sensu transl.: LIT. BEN. 302, 33 ut ... Christianos ... super infideles -es te rogamus.

examinatio - *-cio-* DIONISI Ald. 170, 28. — *-o plagarum,* investigatio per cruciatus: ANN. ECCL. a. 523, 323, 22 hic invenit Manichaeos, quos etiam discussos cum -e plagarum, exilio deportavit. — De ultimo iudicio: COD. VER. 9 sept. 844, 250, 6 dum fragilitas humani generis pertimescit ultimam -is diem venturam.

examinatus - absol., subst.: CONC. MER. 171, 23 defraudatus honesti honoris stola illis gregibus -rum societur.

examinis - v. **exanimis.*

examplo - explicare: GL. AA 454, 2, 3 exinuat -at exaperit.

examussim - *-usi-* GL. AA 454, 1, 18.

exanclo - *-nthl-* GL. CAS. 90, 561, 1, 9: 568, 2, 12, *-ngl-* inf. — Gen. ger.? *-ngladi* GL. AA 454, 1, 22, part. pf. nom. pl. m. *-clusti* 454, 1, 21. — GL. CAS. 90, 568, 2, 12 -nthlo exinanio examino exauro evacuo.

exanglo - v. *exanclo.*

exangulo - v. **exungulo.*

exantema, -thima, v. **exanthema.*

exanthlo - v. *exanclo.*

exantima - v. **exanthema.*

exaracio - v. *exaratio.*

exaratio - *-cio* inf. — Scriptura, scriptum: PASCH. 378, 18 in ostensione sola huius apostolicae nostrae -cionis.

exarcatus, -chatum - v. **exarchatus.*

exarc(h)us - v. **exharchus.*

exardeo - *dentibus -re,* frendere: PASS. FIRM. 130, 38 Megetius -sit dentibus sicut canis.

exardisco - v. **exardesco.*

exartus (exs-) - proscissio arvi: CONC. MER. 82, 15 de opere tamen rurali, id est arata vel vinea, vel sectione, messione, excussione, -o vel saepe, censuimus abstenendum: DIPL. REG. 407, 21 quod dedit quidam Hugo ... in -o.

exator - v. **exactor.*

exaurio - v. *exhaurio.*

excabatus - v. *excavatus.*

excaeco - *-ce-* CAT. LOMB. 516, 36. — Dep. more: ANN. ECCL. a. 536, 539, 65 imaginem piissimi imperatoris furia -ti (v.l. -ntes), illud patris eorum diaboli fecerunt, qui cum non possit contra Creatorem, adversus figmentum suum ostendit furiam.

excandeo - impf. *-ba* inf. — GL. AA 454, 1, 27 -ba exardevit seu candidum fiebat.

excano - praecinere: GL. AA 454, 1, 35 -et praecanet.

excanto - *-ncet* GL. AA 454, 1, 30.

excatebra - v. **scatebra.*

excathisma - v. **encathisma.*

excavatus - *-aba-* ANN. CAM. a. 1020, 245, 43.

exceco - v. *excaeco.*

excedo - coni. pf. *-cessis* GL. AA 454, 1, 32. — De temp.: PASS. ANSANI 66, 45 spatia horarum supputando, ut nec uno momentorum minimo ... -ret. — Sensu mor., errare: ANN. ECCL. a. 517, 183, 13 nec reliquit sibi locum deviandi qui non pepercit -nti. — *E vivis, e rebus humanis -re,* mori: a. 511, 104 *adn.* 21 cum autem Flavianus e rebus humanis -ssisset: a. 518, 205 *adn.* 14 autumant Anastasium fulmine de caelo tactum ... e vivis -ssisse.

excelentia, -cia - v. **excellencia.*

excellens - *exe-* COD. VER. aug. 764-mart. 765, 53, 1.

excellentia - *in -a esse,* dignitate alqa fungi: ANN. ECCL. a. 536, 539, 36 in multas domos eorum, qui in -a sunt, intrant. —

Regis vel imperatoris tit.: DOC. AR. 14 oct. 715, 23, 20 nostra -a una cum venerandis viris Theodoro ... et Emulino abbate: ROMANIN 362, 16 hos -e nostre apices: ANN. CAM. a. 961, 66, 39 decet regalem -am, ut votis fidelium ... aures ... inclinet. V. **excellencia.*

excelsus - acc. sing. n. *-o* MAFF. Ver. II, ante a. 800, 629, 22. — Dei epith.: ANN. ECCL. a. 516, 167, 17 oportet solerti studio ... contendere ... apud -um Regem.

exceppo - v. *excepto.*

exceptio - *exe-* GL. PIST. 39, 21: LEX ROM. CAN. 82, 115, 9, *-pcio* GL. PIST. 52, 23.

excepto - *exe-* DOC. LUC. V, 3, 552, 30, *-ppo* V, 3, 261, 42. — Part. pf. abl. f. pl. *-tas* V, 2, 110, 1.

exceptuo - *sce-* inf. — Part. pf. abl. sing. *sce-tum* SER. PRINC. LANG. 87, 10.

excerceo - v. **exerceo.*

excerpo - colligere, intelligere: GL. TOR. 60, 34 ex hoc -re possumus quia hypotheca et obligatio idem est.

excessivus - immodicus : BON. SUBD. 31 E nostrae voluntatis fiat -a devotio.

excessor - v. *excessus.*

excessus - fort. err. lec. pro *-or:* GL. AA 454, 1, 31 -us praevaricator.

1 **excido** - decidere, f. *excedere*: ANN. ECCL. a. 536, 554, 7 de sacerdotio -erat; seq. gen., ead. signif.: COD. VER. a. 811, 117, 2 si de clero est proprii gradus -at. V. **excedo.*

2 **excido** - *exi-* VITA LEI 97, 19.

exciduus - COSM. Carm. 882 B trutinat -a, sphaera tauri membra perempta. Et tua prorsus aqua, trutinat -a. V. *exsidois.*

excipio - *ecc-* LEX ROM. CAN. 85, 4: 134, 1, part. pf. *exe-* MORB. Nov. 305, 38. — Dep. more, accipere: LEX ROM. CAN. 87, 5 huius ... constitutionis subdivisione -epta est magna ecclesia constantinopolitanae civitatis. — Sumere: ANN. ECCL. a. 506, 57, 53 quibus in unum librum ... collectis, haec quae -ta sunt vel clariori interpretatione composita ... Episcoporum roboravit assensus. — *Obvius -re*, obstare: a. 526, 353, 5 quotiens ego Conigastum in imbecillis cuiusque fortunas impetum facientem obvius -epi?; transl., f. *obtingere*: a. 526, 354, 7 sed innocentiam nostram quis -erit eventus, vides. — Accipere, perferre: a. 534, 476, 36 talem denique Iudicem -at publicus actus, qualem filium Catholica mittit Ecclesia: DION. Cyr. Succ. 302, 30 quod ... si natura humana passiones -erit ... nihil ratio mysterii laeditur. — In re for., *exceptionem* facere: LEX ROM. CAN. 134, 1 cum ... praetor vel iudex non iure contra quem pronunciat, iniuriam -isse dicitur. — *Custodia carcerali -i*, in vincula conici: PASS. MARC. SEC. 828, 44 ad extremum astrictus vinculis, custodia carcerali -tur. — Part. pf. abl. abs., sine vel gr. χωρίς: ANAST. Ep. Mart. 585 A -tis dilationibus: ROMANIN 359, 3 si quis ... pignerare praesumpserit, -ta memorata capitula, causam perdat; *-to*, adv. more: PAP. DIPL. 167, 13 -to famulis et famule.

1 **excitatio** - concitatio: ROMANIN 386, 5 ipsa persona ... componat pro ipsius sturmi -e ... auri libras XX.

2 **excitatio** - v. **exercitatio.*

excito - *exi-* ANN. CAM. a. 1003, 173, 39: al. — *-ri*, sensu med.: TRANSL. FIRMI 312, 31 -ta est gens Avarorum super Histricos. — Suscitare, eligere: ANN. ECCL. a. 523, 334, 26 in Ecclesia ... summos -at doctores. — *-tus*, iratus: ANAST. Petri Bals. 442, 6 amplius -tus praeses alios carnifices iussit accedere.

excitus - v. **exitus.*

exclamator - GL. AA 468, 1, 34 nomenculator nomen est officii idest per nomen clamare ad prandium colatorem dicebant antiqui clamatorem an -em.

exclamo - *ad alqm -re*, ab eo petere: FICKER mart. 843, 18, I sic -vi ad Wifrit comite ... ut mihi ... dedisset largietatem de rebus meis venundandi.

excludo - evitare, defugere: ANN. ECCL. a. 534, 476, 58 tunc bene necessitas -tur, quando contra eam sub ubertate tractatur; *preces -re*, eas respuere: a. 527, 368, 5 at tum quidem preces eorum sic -sit; neglegere: ADN. COD. IUST. 18, 26 qui -ntes sensum (= sine sensu) verba pro parte proferunt. — In re med.: GL. MED. 86, 20 febris cum tussicula et excreationibus ... aut pro quantitate -se arteriae cum corporis macie et virium debilitatione aliquotiens sicca tussis; transl., rumpere: ANN. ECCL. a. 520, 271, 11 -sum quod imperabat causa

silentium. — In form., *-so*, seq. acc.: PAP. DIPL. 145, 49 inviolabiliter ... conservatura esse spondeo -so erga me omnium legum beneficia.

exclusio - *sensu fig.*, sanatio: GL. MED. 32, 23 a deorum immissa passione difficilis -o.

excogito - cogitare: TRANSL. FIRMI 306, 19 -stis de vita vestra.

excognitus - perspectus: LEX ROM. CAN. 169, 227, 1 totam observationem testamentorum multis vigiliis -am atque inventam velle everti.

excolo - absol., de vita monastica: LEX ROM. CAN. 105, 144, 1 communiter ad -ndum congregentur et in communi loco dormiant.

excommunicacio - v. **excommunicatio.*

excommunicatio - *-cumu-* DOC. LUC. V, 3, 668, 1.

excommunicatus - *sco-* MON. ECCL. FLOR. 18 nov. 1009, 237, 28. — Absol.; subst. more: HON. 482 D curae sit omnibus episcopis -orum ... nomina ... iudicare: CONC. MER. 182, 21 non licet cum -o communicare.

excommunis - *-omun-* CHARTAE I 30 ian. 726, VIII 18 a.

excomunicatio - v. **excommunicatio.*

excomunis - v. *excommunis.*

exconcilio - repellere: MUR. VI 295, 8-9 -ns usque ad Terram humiliavit.

exconmunicatio - v. **excommunicatio.*

excontraho - *obligatione -i*, obligatum esse: LEX. ROM. CAN. 152, 207, 18 quotiens plures res una stipulatione comprehenduntur, si ... promissor simpliciter respondeat: dare spondes? propter omnes has tenetur. Si ... unam ex his, vel quasdam daturum se spoponderit obligationis (= obligationibus) his, pro quibus spoponderit, -tur.

excotio - v. **excutio.*

excresco - crescere, sensu transl.: DIPL. RIVA 8, 34 aliquantulum maioris mercedis -at consolatio: GEZO 369 B omnes, qui viderant, in divino amore et orthodoxa credulitate ferventius -runt.

excubero - v. *exubero.*

excubia - *-vi-* inf. — Abl. *-vio* inf. — Praestationis, tributi species: FICKER 26 sept. 872, 19, 16 cum omni -vio: BULL. ROM. 22 iun. 883, 224 II 2 pro omni -a et expeditione tam palatina quam et hostili; cf. **excubiae, *scufia.*

excubiae - *-uvi-* PASCH. 378, 4. — *In -iis esse*, paratum esse: AGNELL. 361, 6 nos, vero, fratres semper in -iis sumus, sicut milites in procinctu.

excubitor - GL. CAS. 90, 568, 2, 14 -r cubicularius vel vigilans.

excumunicatio - v. *excommunicatio.*

excurro - de loc., vergere: FICKER 21 oct. 903, 25, 3 clare facimus de ipsa terra, quia de uno latere se tangi ad illa terra ... et -it fossata.

excursus - violatio: BULL. ROM. a. 875-876, 208 II 10 divini cultus servitores ... variis tempestatis saecularium muniantur -bus. — De legendi ratione (cf. it. *scorsa*): ANN. ECCL. a. 504, 48, 59 vix eiusdem voluminis principia citatae delibrans lectionis -u.

excusatio - immunitas: BULL. ROM. 22 iun. 883, 223, II 36 reliquum ... abbatiolae Laudensis episcopus ad utilitatem suae ecclesiae pro defensione et -e ... monachorum retineret. — Recusatio: ANN. CAM. a. 976, 99, 25 facere debeamus ... omni martio sine aliqua -e aut dilatatione.

excuso - sensu med., se -re: ANN. ECCL. a. 515, 158, 3 victualia ... nolite suscipere ... sed taliter -te, nihil deesse: a. 523, 333, 21 neque auctoritatem Concilii -ndo minuere voluit.

excutio - pf. thema *-cut-* inf. — Tundere: COD. VER. a. 862, 336, 29 linum -ssum libras VI. — Divellere: MAXIM. 2, 3, 150 -is irato tela trisulca Iovi. — Expellere: COD. VER. 17 nov. 878, 399, 19 si ego ... aut meos successores te ... aut tuos heredes ante expletos annos foris de ... casis ... -terimus. — Liberare: BULL. CASIN. II a. 1001, 64, 28 abbatia ... ab omni subiectione Archiepiscoporum ... -mus.

excuviae - v. *excubiae.*

excuvium - v. *excubia.*

exde - v. **exinde.*

exe - v. **sum.*

executio - *-qu-* inf. — Professio: ANN. ECCL. a. 519, 235, 41 divisores Dominici

corporis fidei vestrae -e compressi. — Ratio: EVR. test. 876, 9 praedium nostrum ... a nobis divisum rationabili -quu-e. V. *exsecutio.

executor - qui iudicum mandata exsequitur (cf. DUC.): ANN. CAM. a. 1013, 210, 36 dedit fidejussorem per manum -is nomine Baruncii filii quondam Rottoardi. — Ductor, de eo qui iumenta agit: ANN. ECCL. a. 504, 41, 12 praecepit iumenta praeparari: atque -em suum coepit urgere, ut cito abire debuisset. — Observans, colens: ANN. CAM. a. 999, 153, 14 ut tuae professionis -r effectus ad aeternam patriam pertingere merearis.

exego – v. *exigo.*

exel(l)entia - v. **excellencia.*

exemetipsas - perper. pro *ex semet ipsis:* COD. VER. 13 mai. 744 s. 745, 37, 32 -as sibi elegant matrem spiritalem.

exemplar - *ese-* DOC. LUC. V, 3, 200, 36.

exemplaritas - *cartula -is,* alcis documenti auctoritatem ac vim testans: DIONISI Ald. 156, 1 aut si forsitans exinde aliquas cartulas firmitatis, aut traditionis vel -is aut ullum datum, aut factum apparuerit...

exemplatum - documentum descriptum: PAP. DIPL. 32, 29 eandem firmitatem cum exemplari habeat -tum.

exemplo - v. **extimplo.*

exemplum - *exoml-* MUR. VI 220 B 5. — Fem. gen.? VI 210 B 11: PRIVIL. 992, 35: FICKER 19 ian. 1017, 70, 39. — Gen. sing. *-a* PRIVIL. 992, 44. — Monitus, minae: PASS. FIRM. 130, 43 corpus jactatur in vicum qui vocatur eruglo ad -um christianorum.

exemptus - absol.. immunis: PAP. DIPL. 50, 32 inter cetera monasteria libera et -a.

exende - v. *exinde.*

exeneum - ex gr. ξενῶν, xenodochium: GL. PIST. 36, 31 qui ... servum infirmum neque curat neque in -a mittit.

exenitialis - v. **exitialis.*

exenium - *ense-* ROMANIN 399, 39. — Donum colonorum: ANN. CAM. a. 992, 119, 48 terraticum ... vino amphoram tertiam ... -um vero per unumquemque annum.

exeo - praes. ind. 3ª pers., sing. *-iet* INVENT. LUC. 8, 157, pl. *-it* 9, 226, fut.? *-iam* DOC. LUC. V, 2, 91, 12, pf. coni. 1ª pers. pl. *-urimus* (fort. err. lec.) ROMANIN 374, 24, part. praes. *essent-* PAP. DIPL. 141, 21, inf. pf. *-sisse* PAP. DIPL. 173, 31. — Abire: ANN. ECCL. a. 536, 531, 48 ab altari -ns. — De loc.: BULL. ROM. mai. 857, 189, IV 20 concedimus vobis alias res per hos fines, sicut ... -re videtur per portam, que dicitur *Romana*: ANN. CAM. a. 980, 100, 47 sicut -tur predicto fundo usque ad aquam torrentem, qui vocatur Turrena: REGTO SILV. 25 mart. 955, 271, 4 via publica, que descendit per vallem qui ducitur a suprascripto Bussitulo, et -iit in viam Flaminiam; seq. *in* et abl.: PAP. DIPL. 16, 15 qui -it in Ecclesia. — In re med., *fieri:* GL. MED. 88, 23 varices: in dorsa iumentorum -eunt. — Promulgari: COM. THEOT. 489 B -iit edictum a Caesare: PASS. FEL. TUBZ. TERT. 526, 4 factum est in tempore illo -iit edictum imperatorum et caesarum. — In usu esse: MEM. AM. 20 mai. 913, 176, 21 dum ipsa moneta andaverit per istam civitatem ego vobis dare debeo per omnem annum de ipsa moneta que hic -ierit auri solidos viginti per omnem annum. — *E medio -re,* mori: ANN. ECCL. a. 526, 355, 52 post ictus gladio -iit e medio; *foris -re,* e possessione excedere: BULL. CASIN. II a. 769, 122, 39 nihil mihi in suprascripta loca aliquid reservassem ... sed me meosque exinde ... foris -issent. — De lucro ac reditibus: ANN. ECCL. a. 536, 540, 11 nullum lucrum -ierit ... circa Ecclesias, si tale malum ... praevalebit: SER. PRINC. LANG. 83, 33 quantum vinum et poma exinde -ierit: COD. VER. a. 862, 335, 10 alius reddit vomera V, absentes II, unde -eunt modia IIII: INVENT. LUC. 4, 16 vinea, unde potest -ire: 4, 17 pratum, unde potest -ire: BULL. CASIN. II a. 1007, 67, 16 tertia parte de omnibus rebus quod -eunt de Rivatico; trans.?: REDLICH a. 982-987, 4, 1 tradidit ... episcopus Etich quicquid agrarii aut in aliquibus rebus tributi de loco Vellis ... ad dei casam Sanctę Mariae quę est sita in augusta cui provisor preerat, -ire debebat, cum manu advocati sui Jagopis.

exeptio - v. *exceptio* et **exemptio.*

exepto - v. *excepto.*

exeptuacio - v. **exceptuacio.*

exequiae - sensu Christ., de precibus ac sacris ritibus pro defunctis: PASS. MAUR. FUND. 373, 15 coepit ... -as celebrare.

exequor - v. *exsequor.*

exequutio - v. *executio* et **exsecutio.*

exerceo - *-cimus* (= *cemus*) COD. VER. ian. -iun. 797, 73, 5. — Ministrare: ANN. ECCL. a. 519, 264, 35 tanta ... -uerunt baptismata; inferre: a. 519, 263, 31 in quo talem mortem -uerunt, qualem illi qui sanctum Proterium occiderunt. — *Bonum -re negocium,* lucrum facere: ANN. CAM. a. 961, 64, 19 quia bonum mihi videtur -re negocium, qui de terrena comparat celestia. — *Actionem -re,* sensu leg.: LEX ROM. CAN. 188, 269, 1 actionem, quae super priore conventione fuerit, -re non prohiberis. — *Ab alqo triumphum victoriae -re,* eum vincere: VITA GAUD. AR. 471, 10 tu Deus omnipotens ... exaudi nos et concede, ab isto iniquo et doloso iudice triumphum victoriae -re.

exercicium, -rcidium - v. **exercitium.*

exercitalis - dat sing. *-em* KOHLER 56, 1. — Ad exercitum pertinens: DIPL. REG. I 614, 13 liberam ab omni regia servitate ... id est ab expeditione regali et -i.

exercitatim - GL. CAS. 90, 572, 2, 26 meditatim -m.

exercitatio - de monastica disciplina: LEX ROM. CAN. 105, 145, 1 in una domo semote dormiant, nisi forte quidem ex his propter prolixam in monasterio -em semotim velint vivere.

exercitator - seditionum auctor: ANN. ECCL. a. 512, 112, 49 hinc -em ... subiit amor vehementior quietis.

exercitium - schola: COD. VER. mai. 825, 171, 9 apta loca distincte ad hoc -um providimus.

exercito - de pecunia, negotiis et commerciis adhibere: ADN. COD. IUST. 117, 6 commendatas pecunias si eas -vit, usuras solvet.

exercitorius - *-tuar-* ADN. COD. IUST. 107, 24.

exercitus - gen. *-ui* CAT. REG. LANG. 493, 27, dat. ? *-o* DOC. LUC. V, 2, 31, 27.

exeredo - v. *exheredo.*

exero - v. *exsero.*

exglagito - v. **efflagito.*

exfractor - corruptor: PASS. MARC. SEC. 827, 40 cum eius essem discipulus, malignum et infanticidam et maleficum illum -em agnoscens.

exfundo, -are - *effuncare* GL. AA 452, 2, 33. — *-tus,* de agro cuius possessio ab alqo dimissa est (cf. DUC.): FICKER oct. 964, 31, 32 dicebat, ut ... terris -tae fuissent et ei legibus pertinerent pro pars publica.

exgo - v. *exigo.*

exhalo - *exa-* GL. CAS. 90, 570, 2, 24.

exhanthema - v. **exanthema.*

exharchius - v. **exharchus.*

exhaurio - *-xa-* GL. AA 454, 1, 25: GL. CAS. 90, 561, 1, 10: inf. — *-ro* 568, 2, 12. — GL. AA 454, 1, 21 exanclusti exausti.

exhauro - v. *exhaurio.*

exhaustus - *esh-* AR. act. 1, 898. — Angustus: MAXIM. 2, 3, 36 sub -o pectore pingue femur.

exheredo - *exe-* ADN. COD. IUST. 11, 19: 76, 27: 77, 6.

exhibeo - *-xiv-* DOC. LUC. V, 2, 13, 21. — Dare: PASS. AB. 15, 11 post sepulturam eis -tam; offerre: ANN. ECCL. a. 522, 315, 29 Domine ... tibi martyres -o castas virgines. — Notum reddere: DION. Proc. 196, 4 Procli ... litteras ... Latino eloquio vestris auribus -re curavi. — Adducere: ANN. ECCL. a. 504, 41, 7 mittatur ... qui huc eum -eat; *suam -re praesentiam,* in conspectum venire: BULL. CASIN. I a. 643, 2, 68 rogatus ... Episcopus ... suam -eat praesentiam. — *Se -re,* operam dare: II a. 972, 47, 38 in custodiendis eis Fraternitas tua se semper -eat.

exhibitio - transl.: ANN. ECCL. a. 504, 41, 39 pro charitatis -e ... executorem suum in cella detinuit, eique laboris sui commodum ... dedit; religiones: PASS. AB. 14, 11 Deus ..., quem nos ignorabamus, servientes ... in errore et foeda -e.

exhinc - *exi-* inf. — De loc.: ANN. CAM. a. 967, 77, 40 exinc usque ad mare.

exhortatio - *exo-* SYN. PAP. 850, 116, 32: DIONISI Ald. 82, 14.

exhortor - *exo-* LIB. DIURN. 103, 15. — Exorare: ANN. ECCL. a. 519, 241, 2 divinum omnibus viribus -ns favorem.

exhubero - v. **exubero.*

exibeo - v. **exhibeo.*

exibitio - v. **exhibitio.*

exicium - v. **exitium.*

exido - v. *excido.*

exigo - *esi-* Doc. Luc. V, 2, 164, 10, *exeg-* Dionisi Ap. 33, 27, *-isg-* Gl. pist. 36, 2, *exg-* Gl. Cas. 90, 568, 2, 4. — Opprimere, vexare: Pass. Sis. 548, 48 umbra quaedam nigra proximo terrore totam -egit regionem; intrans., ead. signif.: Ann. eccl. a. 544, 644, *adn.*, 16 menses quatuor -egit pestis Byzantii; per tres admodum viguit. — In re for., de pers. a qua quid reposcitur: Gl. tor. 74, 17 si ... debitorem pupilli voluerit tutor -re: Adn. Cod. Iust. 161, 17 heredes tutores et curatores [= tutoris et curatoris] -ntur a pupillo: 173, 2 pro furto actoris heres non -tur.

exiguitas - modestia: Ann. eccl. a. 519, 241, 47 meae -is non esset, tam magna praesumere; hum. tit.: Bull. Rom. 4 iul. 761, 154 II 8 dum ... Redemptoris ... gratia in meam respicere dignata est -em: Lib. diurn. 91, 2 usque ad -em meam: Anast. Diffl. Mar. 572 D cum his quae modo sunt ab -e mea recitata: al.

exiguus - de reb., transl., parvi ponderis vel momenti: Ann. eccl. a. 512, 116, 20 ut ex eo non -a incommoda contingerent: a. 519, 241, 65 usurpavi ... me ... his parvulis et -is chartis, vestris ... praesentare vestigiis.

exilio - surgere: Pass. Serap. 502, 30 erigite vos in statu vestro ... -uerunt et steterunt in pedibus suis. — Transl., resipiscere: Paulin. Laz. 57, 2 ut peccator vocem Christi audiens -at.

eximo -infin. *-muare* Ann. Cam. a. 1018, 231, 7. — Servare: Ann. eccl. a. 507, 66, 17 ei latera feriunt: sed auxilio loricae ne periret, -mptus est. — *Vivis -re*, necare: a. 511, 107, *adn.* 17 antevertens Divina ultio illum quidem vivis -emit.

eximuo - v. *eximo.*

exinc - v. *exhinc.*

exincial - essentialiter: Dionisi Ap. 33, 31.

exinde - *-xen-* Doc. Luc. V, 2, 78, 32, *-nte* Dionisi Ald. 169, 30, *-di* Mem. Am. 17 aug. 992, 24, 3. — In form.: Adn. Cod. Iust. 11, 3 ecclesia vel episcopus qui tota bona sua ... pro captivis erogandas ... gessit, filius -e falcidia consequatur: 11, 15 res raptorum loca venerabilia in qua fuerat dedicata, abeant in perpetuum et -e usumfructum mulier consequatur: Pap. dipl. 167, 27 cum omnibus ad ipsam medietatem generaliter et -e pertinentibus. — De temp., nuper: Maff. Ver. II a. 773, 639, 33 recepi ... -e precium; novissime, denique: Invent. Luc. 4, 19 et qui -e tenent rem; *-e ab*, usque ab: Kohler 5, 7 que autem suprascripta terra vagiva ... tibi Richardo ... vendimus ... et faciamus -e a presenti die tu et eredibus tuis aut cui te dederis iure proprietario nomine, quicquit volueritis.

exindi, -nte - v. *exinde.*

exinuo - explanare, explicare: Gl. AA 454, 2, 3 -at examplat exaperit.

exisgo - v. *exigo.*

existimabilis - *sti-* inf. — Nom.? pl. *stiis* Doc. Luc. V, 2, 270, 33.

existo - 3ª pers. pl. fut. pf. *-terit* Pap. dipl. 16, 35. — Superesse: Gl. tor. 63, 31 si secundus heres non -at; esse: Pass. Ab. 25, 16 etsi pauperes et peccatores -mus: 14, 23 ignorantes et -ntes in altitudine tenebrarum; vitam agere: Ann. eccl. a. 512, 121, 21 secundum salvatorem mundi Christum, in cuius ille -tit typo; *in antiquitate -re*, senectutem agere: a. 518, 212, 32 labores meos ... quos et in antiquitate -ns subivi. — Pro auxil., esse: Ficker 25 oct. 976, 39, 37 libras de argento ... que pro inorganationis carta mihi pollicitus -it dare. — *-ns*, de eo quod geritur vel tractatur: Ann. eccl. a. 514, 140, 32 -ntis negotii qualitas ad sedem Apostolicam, te referente, perveniat; *ex militia -ns*, miles: Bull. Casin. II a. 772, 13, 56 ex milita -ntem, vel etiam famulum ecclesiae.

exitermino - v. **extermino.*

exitium - sensu spirit.: Ann. eccl. a. 538, 580, 40 tantam -ii ac blasphemiae materiem praebuerit.

exito - v. *excito.*

exitus - *exsi-* Doc. Luc. V, 3, 459, 11. — Acc. sing. *-us* Reich 170, 24. — *-um facere ex alqa re*, eius possessionem dimittere: Ann. Cam. a. 997, 133, 17 ex ipsa curte atque rebus foris guerpivi et -um feci et te intromisi. — *-us animae*, mors: Reich 172, 9 ad ego devotum me feci ibi usque ad -um anime mee.

exiveo - v. *exhibeo.*

exmeratus - acc. ? pl. *-o* inf. — De nummo, cuius bonitas atque integritas probata sit: PRIVIL. 992, 29 dare debeat predicti monasterij de dinarios -o numero quinque ad episcopo Torcellensis.

exminuo - deminuere: ANN. CAM. a. 1007, 185, 54 infrangere vel retollere -are vel falsare presumserimus.

exmollitorius - emolliendi vim habens: GL. MED. 43, 17 malba: virtutem habet purgatoriam et -am.

exmundo - *esam-* inf. — Deminuere: DOC. LUC. V, 2, 220, 7 vobis involare aut tollere vel esam-re quesiero.

exodianus - fort. perper. pro *exodiarius:* GL. AA 454, 2, 4 -us turpitudo.

exoitus - v. **exitus.*

exolesco - *exsolis-* GL. AA 454, 2, 5.

exolitio - v. *exolutio.*

exolium - v. **exilium.*

exolo - v. *exsulo.*

exolutio - *-lit-* GL. AA 458, 1, 10. — Sensu spirit.: ANN. ECCL. a. 527, 373, 26 ut debit -em, benefaciendi munus adimpleas.

exomlum - v. *exemplum.*

exonero - abs., iis rebus alqd deminuere, quae incommodo sunt: LEX ROM. CAN. 76, 106, 1 si quis sterilem agrum ... venerabili loco donaverit vel vendiderit ... donatione ... rescissa, cogatur donator vel venditor rem suam recipere, quam calliditate ... videtur dedisse, ut -et ... suum ... patrimonium.

exordino - turbare, extra ordinem ponere: MEM. AM. 20 sept. 1018, 5, 10 hec ... monachorum cubicula sub quietitudinem iugiter manere et securitate et ubi preordinatum fuerit monasterium non debetur -re.

exornatus - seq. *in* et abl.: PAP. DIPL. 169, 2 hortus in pergulis -us.

exortatio - v. *exhortatio.*

exortor - v. *exhortor.*

exosso - excommunicare ?: ANN. ECCL. a. 536, 537, 14 cognoscentes vos esse custodes thesaurorum Apostolicorum, -mus modo Anthimum, qui convenientem sibi sponsam dimisit, et aliam contra divinos canones accipere ausus est.

exosus - pass., *-um habere,* odio habere: COMI INSCR. 317, 13 -um saeculum ... habere.

expaveo - seq. acc. et inf.: HON. 483 B Jacobus -vit hominem per nubila ferri.

especies - v. **species.*

expectatio, -cto - v. *exspectatio, -cto.*

expedem - v. **expediens.*

expedicata ? - in definiendis finibus, de parte inferiore agri (cf. **pes*): MEM. AM. 26 nov. 1009, 191, 20 reclaramus vobis ... fines. a supra namque ponitur a parte orientis fini causa supradicti vestri monasterii et -a causa supradicti vestri monasterii revolvet insusu et salet usque ad finem leonis de cecero.

expedio - pertinet ad scripta: ANN. ECCL. a. 515, 161, 9 haec cum venerabilis Papae latius fuerint -ta rescriptis.

expeditio - *esp-* DOC. LUC. V, 2, 357, 23. — Iussus: PASS. ANSANI 67, 14 in cujus consecratione dum Senensis Episcopus Principi ob -em obsequeretur interfuit.

expeditus - *-um,* adv.: LEX ROM. CAN. 81, 115, 6 quod ... ad eas res quae solo continentur -um procedit.

expello - *esp-* DOC. LUC. V, 2, 84, 4, pf. *-ull-* MORB. Nov. 308, 28. — Pf. *-lsi* VICT. CAP. Sch. Patr. 267, 20, *-ellissimus* DOC. LUC. V, 2, 74, 36. — Transl.: ADN. COD. IUST. 147, 27 si eum a te (i.e.: domo) -is.

expendibilis - v. **expendivilis.*

expendo - *sp-* DIONISI Ald. 87, 29. — Pf. *-edi* ADN. COD. IUST. 49, 27 : 50, 19.

expensa - usus: RUST. HELP. Hist. 545, 20 cedis in -as fert ... lignum.

experementum - v. **experimentum.*

experior - fut. 2ᵉ pers. sing. *-ibere* GL. AA 454, 2, 15. — Pati: PASS. REST. AF. 22, 14 tu a me illud -eris, quod excelsa potestas Imperii censuit. — Animadvertere alqd: VITA GAUD. AR. 467, 41 cautius, ut possumus, properemus, ne forte prosapia -atur.

frequento - seq. dat.: VITA GEMIN. 65, 9 sicut solitus erat -are socis venerabilibus. — Transl.: ANN. ECCL. a. 516, 171, 2, 12 quod non saepius nostra admonitio vos -et.

frequeter - v. *frequenter.*

freta - v. *freda.*

1 **fretum** - in metaph.: ANN. ECCL. a. 527, 375, 2, 28 perfida mundani desero vela -i.

2 **fretum** - v. *freda.*

frexinga - v. *frischinga.*

fribulus - v. *frivolus.*

frigidus - transl., charitate carens: PASS. RUF. CARP. 19, 1, 56 S. Rufus respondit: fac quod vis, Casselliane, -e diabole.

frigium - ornamentum vestis: MUR. VI 285 E 7 -um ... vestis ... imperatoris.

frigus - in metaph.: MAXIM. 2, 3, 66 nil mihi torpenti ... tactus profuit ignis: perstitit in medio -us ... foco.

friguttio - GL. VAT. 1469, 522, 1, 15 -re subtiliter aggannire.

frinion - v. **phrynion.*

friniticus - v. **phreneticus.*

frinon - v. **phrynion.*

frischinga - *frexi-* INVENT. LUC. 7, 146: 8, 189, *frus-* DIPL. REG. 2, 131, 14, *fus-* AF. Guast. 304, 1, 30, *-ski-* REDLICH 995-1005, 16, 6: 1022-1039, 28, 15.

fritillus - *-um* GL. AA 457, 2, 24.

frivolus - *-bu-* inf. — GL. AA 457, 2, 26 -um debilem invalidum seu inanem parvum; 457, 2, 29 -is invalidis; 457, 2, 30 -am modicam; 457, 2, 25 -a vasa fictilia diminuta; GL. VAT. 1469, 522, 14 -bulam maginariam caducam.

frodatur - fort. pro *frondator:* GL. AA 457, 2, 28 -r philloscopos.

frodum - v. *fodrum.*

1 **frons** - acc. pl. *-ndos* AF. Guast. 309, 1, 6.

2 **frons** - latus: CHARTAE 10 aug. 966, 126, 210 C terminat ... campus ... de una -e via publica. — *Prima -e,* statim: ANN. ECCL. a. 502, 16, 2, 58 sperans, ut viator ... prima -e cederet: a. 535, 526, 2, 2 rex autem prima -e Gualterium non agnovit propter diuturnam illius ... absentiam. — *Ad -em,* contra: a. 514, 141, 1, 24 fecit ... ad -em basilicae B. Petri oratorium S. Crucis.

frontatio - *ad -es,* perper. pro *adfrontationes* (v. *affrontatio*): BULL. ROM. dec. 985, 284, 1, 1, 63 ipsa villa posita est intra fines, sive ad -es.

froxatio - MORB. NOV. 350, 47 nullam habeant iurisdictione in civilibus, nec in criminalibus, nisi occasione -num salis et bladorum.

fructefer - v. *fructifer.*

fructifer - *-te-* inf. — Abl. pl. *-te-e* DOC. LUC. V 2, 80, 1, 26. — Transl.: ANAST. PASS. Dion. 16, 1 cum excoluisset Athenas ac si quidam -er amplissimus, episcopalis-

sime, venit Romam, praeceptorem etiam in hoc imitatus: MAXIM. 2, 3, 128 -um ... bonum. — *-a* (?), subst., arbor fructifera: MEM. PIST. 13, 17 do, dono, trado ... omnem modicam rebus meas ... sactionibus, pumiferis, -ris et infructiferis.

fructifico - transl.: VITA PARDI 632, 11 dum ... gregem suum verbo et exemplo -ndo pasceret. — Colere: PAP. DIPL. 161, 18 habeatis, possideatis, -etis: ANN. CAM. a. 961, 65, 17 cultum vel incultum ita ut teneatis, possideatis, -etis.

fructus - abl. *-o* inf.; acc. pl. *-os* inf. — ADN. COD. IUST. 141, 5 -os agrorum. — De animalium fetibus: ADN. COD. IUST. 126, 19 venditas pecoras apud venditorem...-us fecerit. — *Primarius -us,* filius maximus natu: VITA INN. AFR. 138, 2, 46 tunc mater non invenit filium ... et dicit: ... primarius -us noster ablatus est a nobis. — Spirituale meritum: ANN. CAM. a. 999, 150, 20 vacui remanent et sine -o apud Dominum inveniuntur.

frudelenter - v. *fraudulenter.*

frugi - GL. AA 457, 2, 31, -i moderate temperate; 457, 2, 32, -i parci vel avari.

frugium - acc. pl. *-as* inf. — Fructus: DIONISI Ald. 127, 16 -as vel censoras et quotquot exinde Dominus annue dederit: CHARTAE iun. 969, 133, 224a ab ... ipsis rebus et -iis ... faciendum ... quod voluerint: MEM. AM. sec. X, 165, 1, 14 insurculatum ad -um adducendum.

fruitio - *futura -o,* de beatorum vita: ANN. ECCL. a. 527, 372, 1, 20 illae ... in praesenti vita oblectant spe futurae -nis.

frumentarium - GL. AA 455, 1, 33 caerealia frumenta sive -a.

frumentatio - GL. AA 457, 2, 33 -ne esca.

frumentum - transl., de iustis hominibus: ANN. ECCL. a. 520, 273, 1, 27 adhuc in area sumus, mixta sunt -a cum paleis: gemunt boni consortia malorum: ANN. CAM. a. 999, 152, 38 -um te esse cognoscis.

fruor - coni. praes. *-ator* DOC. LUC. V 2, 5, 1, 18; ger. *-gendi* V 2, 36, 1, 31. — Ind. impf. *-ebat* AGNELL. 339, 16; inf.: *-ere* COD. VER. 9 sept. 844, 176, 253, 15: TAB. MAR. LAT. oct. 978-sept. 979, 12, 9: MON. ECCL. FLOR. nov. 987, 231, 1, 30, *-ire* DOC. LUC. V 2, 978, 1, 8. — Seq. gen.: COD. DIPL. IT. a. 848, 2491, 1, 7 -antur omnium bonorum. — Uti, sensu obsc.: PASS. FIRM. 129, 21 imperatoris praecepta sequere, inquit, et ego te -ar in convivio meo.

fruschinga - v. *frischinga.*

frustatim - *-str-* ANN. ECCL. a. 530, 420, 1, 30: PASS. MAUR. FUND. 373, 22.

frustellum - GL. AA 457, 2, 34 frustra -a vel particulas modicas.

frustratim - v. *frustatim.*

frustror - seq. gen.: LIB. DIURN. 63, 11 iuste talius dispensationis -eris. — Deludere: VITA PROBI 555, 1, 12 -ari urbem Ravennae. — Vi pass., irritum fieri: BULL. CASIN. II a. 998, 59, 1, 53 quae male acta sunt ... propria nostra auctoritate -entur et omnino destruantur.

frustum - *-str-* GL. AA 457, 2, 34.

frux - fructus, it. *interesse:* ADN. COD. IUST. 82, 15 si res tuas ex iudicio recipisti, et -es retro temporum tibi restituat.

fthisicus - v. **phthisicus.*

fthisis - acc. *pthisin,* ANAST. Chr. 154, 27, *ptisin* PAUL AEG. 99, 24, *thisin* 103, 7. — Morbus oculorum: 67, 2 -is passio est pupill(a)e angustioris fact(a)e.

fu - v. **phu.*

fucturus - v. *+futurus.*

1 **fucus** - GL. AA 457, 2, 36 -os vermiculos unde verme tinctum.

2 **fucus** - v. *focus.*

fugax - nom sing. masc. *-cis* ADN. COD. IUST. 131, 2. — Fugitivus: 130, 27 si antequam venditus fuerit servus non fuerit -x. — Subst., servus fugitivus: ROTH. 64, 7 dit pro uno -e solidos duo.

fugefacio - confugere: VITA URSI 947, 2, 43 valde pertimescens, praesidium -ecit ad ecclesiam S. Petri.

fugio - ind. pf. *-iit* GL. TOR. 59, 38; coni. pf. *-ierit* ADN. COD. IUST. 30, 24; inf. *-ire* Gl. Epor. 648, 1, 17. — Seq. inf.: MAXIM. 41, 64 pietas talia velle -it. — Confugere: ROMANIN 358, 3, 14 de fugitivis, de quibus constat ad vos iudices...-erint: ADN. COD. IUST. 17, 25 si ... ad ecclesiam -erit.

fugitivus - caducus, mortalis: SEQ. IN. 47, 4b Post ista -a In aeternum vita vivat.

fugito - GL. AA 458, 1, 1 -at frequenter fugit.

fugo - eicere, in exilium mittere: ANN. ECCL. a. 518, 216, 1, 38 qui ... banniti fuerunt

et -ati. reversi restituantur propriis gradibus. — CHARTAE 7 mai. 999, 193, 327d -tus ab omni societate fidelium.

fugus - GL. AA 458, 1, 9 -us portus.

fulcimen - transl.: DIPL. REG. 2, 47, 20 hoc nostro -e restaurandum.

fulcio - confirmare: MON. ECCL. FLOR. a. 853, 323, 2, 60 pontificum decreta canonicis auctoritatibus -ita.

fulcrum - pulvinar: MAXIM. 1, 1, 253 mollia -a tori duris sunt cautibus aequa.

fulgidus - transl.: AGNELL. 282, 18 clarus in specie, -us in opere: 372, 17 quamvis exterioribus luminibus privatus sum, interiora tamen -a ... intus patescunt.

fulgitium - fort. filictum (cf. NIERM., DUC. *fulgeria*) CHARTAE 16 mart. 882, 38, 65b concessimus ... curtem ... cum tota silva eiusdem et -o et cum omnibus cortibus et villis.

fulgoro - GL. AA 458, 1, 3 -at explendit. — 458, 1, 3 -tus fulmine percussus.

fulgra - GL. AA 458, 1, 2 -a gravis.

fultura - *stomachi -a*, venter: MAXIM. 2, 3, 35 quantum mentem stomachi -a movebat.

fulvidus - GL. AA 458, 1, 8 -a rubea.

fulvus - *fluv-* GL. AA 457, 1, 29. — GL. AA 458, 1, 5 -um rubeum vel mundissimum ut aurum rufum vel flavum.

fumigo - transl. sensu spirit., se purificare: ANN. ECCL. a. 505, 52, 2, 24 dum contingit superba corda sublimium ut in confessione -ent peccatorum.

funale - GL. AA 458, 1, 13 -ia stuppe vel candelabre.

functio - *-nt-* DOC. LUC. V 3, 583, 2, 20. — Dignitas, magistratus: BEN. VII 355, D 4 nulli unquam comiti aut castaldio vel alicui homini qui ibidem publicas -nes fecerit, liceat. — Tributum: BULL. ROM. 19 iun. 832, 172, 2, 1, 39 castri Sublaci ... possessionem confirmamus cum ... glandatico, herbatico atque tota publica -ne: 1 iun. 905, 237, 2, 1, 46 massam ... cum omni censu atque dationibus et -bus nec non angariis: CHARTAE 12 nov. 926, 76, 129b nulla publica persona ... thelineum aut aliquam -nt-em publicam exigat: 27 sept. 962, 118, 197a Ecclesia iure proprietario districtum mercatum atque omnem publicam -em suae posidet civitatis: BULL. CASIN. II a. 1000, 62, 1, 32 angariam publicam -em aut theloneum extorquere. — GL. AA 458, 1, 10 -io exolitio (= -utio) tributorum.

funda - GL. AA 458, 1, 11 -a retia linea seu fundibalum.

fundamen - transl.: ANN. ECCL. a. 516, 183, 1, 52 sumant plenum decorem iacta -a.

fundamentum - *fo-* DOC. LUC. V 2, 93, 1, 14: V 2, 37, 1, 9; *-min-* V 2, 33, 1, 28. — Abl. pl. *-ibus* V 3, 227, 1, 29. — BULL. ROM. a. 492-96, 72, 2, 6, 4 liber qui appellatur -um, apogrifum. — Aedificii -um: ADN. COD. IUST. 258, 4 si arbor aliena -a aut domum ledet. — Fundus: CHARTAE apr. 810, 15, 29b casas cum edificiis, -is campis: ANN. CAM. a. 974, 93, 20 salina ... cum omnibus ... pertinentibus constitute in -o novo de Gaurione: MON. ECCL. FLOR. a. 977, 88, 1, 12 haec...-a in quibus ... Domini Ecclesia sita esse videtur: ANN. CAM. a. 998, 138, 15 affero -um illud cum ipso monte.

fundamintum - v. *fundamentum.*

1 **fundo** - *fo-* DOC. LUC. V 2, 103, 1, 3. — Transl.: BULL. ROM. a. 443-444, 27, 2, 2, 60 vana habenda est ordinatio, quae nec loco -ata est nec auctoritate munita. — Aedificare: BULL. CASIN. II a. 762, 6, 2, 11 monasterio quod ... -vimus: MON. ECCL. FLOR. a. 999, 376, 1, 12 Jacobo -nte et Domina comitissa renovante: SER. PRINC. LANG. 95, 24 sancte sedis Pestane ... que -ata est intus ... capulagius magnam partem: IOH. CAS. PASS. 2, 36 quod (scil. coenobium) ab imo -tum in honore beatissimae Virginis Euphemiae. — Construere: PAC. Ep. 2, 9 invenit argumentum (scil. horologii nocturni) et primum -averat.

2 **fundo** - transl.: MAXIM. 1, 2, 15 nauseat et priscum vomitu ceu -it amorem: BOETH. Phil. Cons. 7, 3, 6 sol latet ac nondum caelo venientibus astris desuper in terram nox -tur. — Effundere: ANN. ECCL. a. 519, 245, 1, 25 ut ... in sacrum eius caput misericordia -retur: a. 534, 477, 2, 26 -it potius, qui mittit in plenum: nam illud potius reconditur, quod vasis vacuis congregatur. — Praebere: DIPL. RIVA 8, 11 si erga loca divino cultui mancipata nostre munificentie -mus obsequia.

fundora - v. *+fundus.*

fundura - v. *fundus.*

fundus - *fo-* PAP. DIPL. 179, 11: MORB. NOV. 357, 24. — Nom. pl. *-ora* MUR. 203 G 6, *-ura* BULL. ROM. mai. 857, 189, 2, 4, 17; acc. pl. -as MORB. NOV. 309, 25: FICKER 14 mart. 974, 35, 10; *-oras* COD. VER. febr. 753, 36, 43, 13; abl. sing. *-e* MORB. NOV. 303, 23, *-i* MAFF. Ver. a. 794, 2, 642, 3, *-um* PAP. DIPL. 15, 45, *-u* 202, 22; abl. pl. *-oris* ANN. CAM. a. 921, 34, 46. — Ima maris: VITA GAUD. AR. 471, 2, 4 Deus ... populum Israeliticum sicco vestigio -um fecisti transire.

funeratus - GL. AA 458, 1, 15 -us sepultus aut locus.

funesto - contristare: ANN. ECCL. a. 502, 18, 2, 27 hoc magis pressuris hominum -ari et perterreri.

funestus - GL. AA 445, 2, 18 cenisacer -us.

fungor - *fugn-* fort. perper. GL. PIST. 60, 30. — Inf. *-ier* GL. AA 458, 1, 11. — Absol., mori: MAXIM. 1, 2, 19 melius tali me tempore -i. — Uti: ANN. ECCL. a. 527, 383, 2, 60 qui ... tanta latinitatis ... peritia -batur: PASS. ANSANI 66, 1, 12 qui tunc apud eos hospitio -bantur. — In re med., munere fungi: GL. MED. 21, 9 doloribus cinguntur et sentiunt intestini ipsius grossitudinem, quia non -tur, id est coli.

fungum - GL. VAT. 1469, 527, 1, 11 tubera genus cibi quasi -um quod sub terra invenitur.

funiculum - GL. AA 458, 1, 18 -um cubitum mensura.

funis - *in -e stare,* de animalibus, capistro ligatum esse: VITA INN. AFR. 139, 2, 37 cum tanta mansuetudine apprehendit eas (scil. vaccas) ac si dies noctesque in -e stetissent. — In form. investiturae: COD. VER. iun. 854, 192, 295, 4 potestatem ... ab ipso patriarcha per baculum suum et -e campare ... acceperit.

funtana - v. *fontana.*

funtio - v. *functio.*

funus - GL. AA 458, 1, 16 -us curat defunctum sepellit aut planctum caelebrat.

fur - nom. pl. *-is* DOC. LUC. V 2, 8, 1, 28. — De diabolo: AGNELL. 336, 22 cruce claves signamus, ne -r veniat, aperta inveniat ianua, in ima cordis zizaniam non seminet.

furca - de montium iugis: BULL. CASIN. I a. 741, 4, 1, 17 finis ... ascendit ad -am de valle luci: BULL. ROM. mai. 857, 189, 2, 4, 25 descendit (scil. finis) in -am quae vocatur Petra de Confinio.

furcifer (-ver) - *for-* inf. — Abl. sing. *-e* inf. — GL. AA 458, 1, 18 -ver in furca damnande. — De diabolo: CHARTAE 30 ian. 726, 8, 17c instigante for -e averso qui ... nocendi est cupidus.

furcimen - v. *farcimen.*

furciver - v. *furcifer.*

furens - gen. pl. *-tum* inf. — Subst.: ANN. ECCL. a. 518, 202, 2, 13 tenet lancem stans contra venena -ntum.

furfuraculum - GL. AA 458, 1, 21 -um tenebras (cf. DUC. *furaculum*).

furia - transl., haeresis: ANN. ECCL. a. 536, 538, 2, 55 schismatici et acephali qui a -a Dioscori et Eutychetis descenderunt.

furiatus - subst., furor: BON. SUBD. 37, 1A magnis -ibus stomachans.

furiose - irate: ANN. ECCL. a. 522, 315, 2, 8 torve eam et -e intuens.

furnium - GL. AA 482, 1, 30 soccos calciolos vel -a.

1 **furor** - act.: GL. VAT. 1469, 523, 2, 35: ROTH. 63, 1: CONC. AEV. CAR. 15, 12: COD. TOSC. 26 oct. 786, 269, 21.

2 **furor** - *fo-* GL. EPOR. 649, 2, 45. — Transl., haeresis: ANN. ECCL. a. 535, 507, 2, 14 nulla eis licentia concedatur ... ad suum -em trahere, quia huiusmodi sectae ... ab anterioribus legibus condemnatae sunt.

furtalis - ad furtum pertinens: GUNZO 1302, 22 ille cibos vacuis expectet hiatibus amplos, quem -e malum prohibet contingere mensas.

furtunatus - v. *fortunatus.*

furvesco - obscurum fieri: GUNZO 1298, 19 procedit dehinc quae Astrea vocatur, tanti acuminis femina, ut ... nunquam nubium contractu -at.

furvus - *for-* GL. AA 457, 1, 38.

fusae - v. *fustis.*

fuschinga - v. *frischinga.*

fuscus - *su-* fort. err. lec. GL. AA 440, 2, 29.

fusio - in re med., effusio: GL. MED. 52, 20 fit ... paralisis iuvenibus qui etates nimium calidas habent ex -ne sanguinis.

fustis - *fa*- VITA GAUD. AR. 472, 1, 2, -*sae* fort. perper. pro -*ste* GL. AA 441, 2, 13. — -*um* REICHSK. 23 nov. 996, 622, 18.

futilis -*fatti*- GL. AA 455, 2, 38.

futo - confuto: GL. AA 458, 1, 22 -at reprimit; 458, 1, 23 -are redarguere.

futurus -*fo*- MAFF. Ver. a. 757, 636, 16: DOC. LUC. V 2, 26, 1, 27,*fuct*- V 3, 499, 1, 20.

futus - GL. AA 458, 1, 23 -u amplexu.

fycos - v. **phycos*.

fylosofia, fylosofus - v. **philosoph*-.

fyma, fymus - v. **phyma*.

G

gabarus - *gabba*- GL. AA 459, 1, 5.

gabatha - v. *gavata*.

gabbarus - v. *gabarus*.

gabianum - v. **galbanum*.

gaene - v. *gena*.

gaeponis - a gr. γεωπόνος, terrae cultor: GL. AA 458, 2, 16 -is laboriosus terrae cultor.

gafan - coheres: ROTH. 60, 15 nulli liciat alium pro alio pignerare, excepto illo qui -n esse invenitur, id est coheres parens proximior. Cf. **gafandus*.

gaggrena - v. **gangraena*.

gagiolum? - parva silva: COD. DIPL. LONG. 1 dec. 730, 167, 19 -o illo prope ipsa curte; cf. **gaius, cagius*.

gagius? - v. **gaius*; cf. *cagius, gahagius*.

gahagius? - *gaius*, i.e. silva pascua vel caedua: ROTH. 74, 2 nam si segnatum non fuerit tunc quicumque invenerit, jure naturale habeat sibi, excepto in -o regis.

gairethinx - donatio: ROTH. 39, 2 si quis in suprascriptis fratribus -x fecerit, habeat in antea cui factum fuerit; cf. **garethinx*.

gala - gr. γάλα, lac: PAUL. AEG. 45, 1 nocet -a, tiros et cetera.

galbaneus - v. *galbanum*.

galbanum - *ca*- PAUL. AEG. 42, 2: 73, 6, -*eus* GL. AA 458, 1, 32.

galeon - v. **galion*.

galera - fort. perper. pro *gal(l)eta*, genus mensurae: KOHLER 43, 9 ad fictum solvendum omni anno ad mercatum de Garda unam -am olei; cf. *galleta*, DUC. 1 et 2 *galeta*, 1 *galo*.

galerus - v. *gareum*.

galia - v. **galea*.

galisopsis - v. **galeopsis*.

galleonimus - v. **galeonymus*.

galleta - genus mensurae (cf. angl. *gallon*, DUC. 1 *galo*): DOC. LUC. V, 2, 545, 24 vinum mundo bono sine aqua, -as sexdecim ad legittima -a sicut consuetudo fuit.

gallicantus - gallicinium: NONANT. a. 745 s. 746, 48, 6 primitas voce -o consurgere et movere seo iterare illi incontra illi.

gallinaceus - -*nati*- HIPP. cib. 152, 12.

gallinatius - v. *gallinaceus*.

gallotinium - v. **gallicinium*.

gallus - gallicinium: LIB. DIURN. 77, 16 a primo -o usque mane.

galstaldius - v. **gastaldius*.

gamahalus - de filiis ex legitimis nuptiis natis: ROTH. 84, 4 potestatem habeat ille qui pulsat, in locum mortui alium simile nominare de proximus legitimus, aut de natus, aut de -os, id est confabulatus. V. **gamalus*.

gamaladionus? - filius ex legitimis nuptiis natus: DIPL. KAR. 71, 23 innotuit nobis ut ... genitor meus Pippinus ... rex praedicto Chrodoino vel suis -is de ipsa silva manu vestita fecisset.

gamdictus - v. **iamdictus*.

gamellus - v. *gemellus*.

gamma - ornamenti genus ad litterae γ formam effictum (DUC.): HIST. ABB. CAS. I 80, 44 textum Evangelii ... et manualem ... quas vestivi ex sacris indumentis ... et desuper cruces, -as et bullas.

gammula - v. **gemmula*.

ganarus - v. *gnarus.*

ganeor - a *ganea:* GL. AA 458, 1, 34 -r propinor (= popinor ?).

gangium - territorium: BULL. CASIN. II a. 772, 14, 11 largimur ... ex -o nostro Regiense ... Terra, Silva, Roncora et Prata. Cf. *gagius* et **gaius.*

ganisus - v. *gaudeo.*

gannimen (-ani-) - a *ganea, ganeum:* GL. AA 458, 2, 9 -n tauernarium.

ganum - fort. a *ganea, ganeum*: GL. AA 458, 2, 6 ganeo ab eo quod -um dicitur proprie deceptaculus luxuriosus uel subterra.

gaodium - v. *gaudium.*

garalis ? - *gor-* inf. — Acc. *gor-e* inf. — Aceti scyphus, a *garum* (cf. THES. *gararium*): COD. DIPL. LONG. apr. 745, 242, 7 scudellas duas et go-e uno: EVR. test. 877, 47 -em argenteum: CARTE PARMA apr. 913, 585, 24 -em aureum I, cuneos aureos III.

garantia - sandix (v. DUC.): COD. DIPL. LONG. (TROYA) 30 iul. 629, 41, 8 qui ueniunt de ultra mare pro vina et melle et -a emendum: PAP. DIPL. 97, 19 de unaquaque quarrada de -a.

garba - spicarum manipulus (v. DUC.): COD. LANG. ante saec. XI, 1778b de -as centum tolle unam si autem unum modium habebis...

gareum - capitis tegumentum, f. *galerus:* GL. VAT. 1469, 522, 5 -um pilleum pastorale de iunco factum.

gargareon - a gr. γαργαρεών vel γαργαλεών, gurgulio, guttur: PAUL AEG. 93, 14 propter conpassionem ... -onis distillantis aut capitis.

gargaridio - v. **gargarizo.*

gargarigo - v. **gargarizo.*

gargarismum - gargarisma: CAEL. med. resp. 234, 2: PAUL AEG. 1, 19.

gargaritio - v. **gargarizo.*

gargarizitio - v. **gargarizatio.*

gariofilum - v. *garyophyllon.*

garola - ?: COD. VER. 21 mai. 865, 354, 18 operas facere debeam p(er) annum ebd(omadas) septe(m) una ad prata segandu(m) alia ad oliuas colligendu(m) ad -am una ad cimbria quarta(m) ad uineas faciendum duas ad sariendu(m) et una ad messe metendu(m).

garolus - v. *garrulus.*

garrica - terra inculta: DIPL. KAR. 459, 25 in alio loco ad illam -am; cf. **garricae.*

garrio - loqui: SEQ. IN. 195, 222, 5a per hunc muti -unt.

garro - loquax: GL. AA 458, 2, 11 -o garrolus uerbosus.

garrosus - garrulus, loquax: GL. AA 458, 2, 12 -us inutiliter loquens.

garrulus - *-rol-* GL. AA 458, 2, 11.

garvis - v. **gravis.*

garyophyllon - *-riofilum* HIPP. cib. 158, 18, gen. *cariofili* PAUL. AEG. 150, 1. Cf. *+caryophyllon.*

gasindius - *-sun-* DOC. TREV. II a. 726, 42, 7, *-dus* BULL. CASIN. II a. 765, 8, 25.

gasladius - v. **gastaldius.*

gastaldaticum - *ca-* BULL. ROM. 1 aug. 1018, 330, 41. — Tributum *gastaldis* debitum: DIPL. REG. 459, 35 sine omni datione -o escatico herbatico vel glandatico; cf. **castaldaticum.*

gastaldatus - *gastaldi* iurisdictio: MEM. MOD. 3 apr. 863, 40, 11 cortes ... sitas ... in -u Bismantino: REGTO SUB. 25 iun. 941, 3, 12 cortem ... positam in -u Turano; cf. **castaldatus.*

gastaldeus - v. **gastaldius.*

gastaldia - femina rustica quae agrum custodit: BULL. CASIN. II a. 774, 17, 13 -as suas inibi ... confirmavit.

gastaldiaticum - *gastaldi* iurisdictio: COD. LANG. 24 febr. 965, 1198b terra que pertinet de -o.

gastaldio - *ca-* DOC. LUC. V, 3, 93, 29: al; v. **gastaldius.*

gastaldus - v. **gastaldius.*

gastalidus - *gastaldius:* COD. VER. a. 804, 82, 9 comes vel -us aut actionarius.

gastrimargia - *ca-* ION. Joh. 340, 17.

gastromargus - v. **gastrimargus.*

gasundius - v. *gasindius.*

gatta - felis: JOH. ROM. Vita 124 C 8 qui nihil in mundo possidebat praeter unam -am.

gattinus - adi. a *cattus,* felinus: REGTO SIP. 6, *adn.* 5 pro hac mea donatione presentiarum recepi a vobis launegilt, unam pellem -am coopertam ruggetto finitam vero launegilt.

gaudenter - adv. a *gaudens:* ANAST. Pass. Dion. 29, 19 -r operabantur: VITA GAUD. AR. 470, 5 ire coepit -r.

gaudeo - pf. *gabisi sumus* SER. PRINC. LANG. 24, 32, part. pf. perper. *ganisus* ACTA VALER. FOR. 56, 23, praes. ind. 3ª pers. s. *-nt* GUNZO 1286, 38. — Seq., *in* et abl.: APP. Cant. 4, 23 -et mirabilis Pater in multitudine filiorum: 22, 11 -nt in aliarum animarum salute; dupl. acc.: IOH. NEAP. Ian. 881, 34F quem genitores ante paululum moriturum lugebant repente -bant incolumem. — *Alqo nomine -re,* eo appellari: FLAV. VERC. 133, 6 nomine Exuperiae -ns; *simplicitate -re,* simplicem esse: PAUL. DIAC. Coll. 1480, 25 columba ... prae ceteris avibus simplicitate -et. — Uti, perfrui, *in re* leg.: ED. GOTH. 4 [si qui homines scelerati fraudolento] -re benficio mutationis [cupiunt]: PAP. DIPL. 5, 8 immunitate ... perpetualiter -bit. — Absol., de verno tempore: PAUL. DIAC. Coll. 1206, 35 -et post hiemem verna temperies, aestatis flagrantia decoquit messes, autumnitas temulenta suas exhibet ubertates, hieme macerantur imbribus terrae.

gaudium - *gaod-* COD. LANG. dec. 864, 389c, *-uti-* 8 mart. 777, 108a.

gausape - *guas-* inf. — Pallium altaris: MUR. VI 293 C 5 gua-e novum altaris maioris.

gautium - v. *gaudium.*

gavata - *-bath-* inf. — Nom. pl. *-batha* inf. — Lucernae genus ad illuminandas ecclesias adhib. (cf. BLAISE *gabata*): ANN. ECCL. a. 523, 323, 27 patenae argenteae duae pensantes singulae libras viginti quinque ... -batha electrina pensantia libras duas: Thecae cereae aureae pensantes libras sex: DIPL. KAR. 365, 17 tres cruces, una auream cum -a auream habentem auri libram unam et alie due cruces argentee cum -is suis habentem duodecim libras argenti unam et duodecim libras argenti altera, et -as duo: *al.*

gavia - fort. perper. pro *a via* (= ad viam?): HIST. ABB. CAS. I 34, 39 et ipsa terra erat posita in territorio Pratense, ubi dicitur in casale de Ailane, et -a publica, quae praecurrebat de duae parti et de alies vero parte fine ribo qui vocatur fetido.

gaza - sensu transl.: SEQ. IN. 227, 260, 5b -as fundunt optimas.

gazofilatium, -philatium - v. **gazophylacium.*

gazophylacium - *-um templi,* aerarium templi: PAUL. DIAC. Coll. 1241, 49 cum doceret Dominus *in -o* templi. — Transl., de, sacris scripturis: 1311, 1 mystica vero -a mysteria designant Scripturarum, quae templo adhaerebant; divitiis Divinae gratiae: 1311, 5 haec -a spiritualia, post ejus resurrectionem aperienda erant.

gazum? - pratum (gall. *gazon*): COD. ISTR. 2 apr. 974, 813, 1 salictis, carectis saltibus ... mancipiis -is: COD. PAD. a. 1013, 124, 16 cortem ... cum capella et -o cum omnibus suis pertinentiis.

geanion - v. **geranion.*

gecto - eicere (ital. *gettare*): MON. NEAP. DUC. 4 ian. 954, 67, 1 non habeamus licentiam nos aut heredes nostros ipsa congregatione monachorum ... -re aut disrumpere vel molestiare: COD. AMALF. 4 iun. 984, 18, 33 hoc memoramus ut per ipsam regiam de ipsum catodium -re deveatis mundeztiam. Cf. **iacto.*

gectus? - fort. agger: MEM. AM. 19 iun. 940, 135, 2 plenarii ambi ipsi duo mensi nostri de plenaria ipsa mola aquaria ... cum -u et mole et ferramenta et terra ipsius mole pertinentem: 5 iul. 1014, 226, 4 per ipsum -um quod illis fabricaverunt in ipso flumine.

geennalis - v. *gehennalis.*

gegidion - v. **gingidion.*

gegor? - iecur: GL. AA 456, 2, 18 fibreartes -is uel legoris.

gehennalis - *gee-* inf. — De eo qui in gehenna est: TOSC. STUD. 29 sept. 1011, 38, 2 cum Iuda traditore ... gee-is atque teterrimus vinctus participetur.

gelela - colocynthis: GL. MED. 37, 13 -a: id est coloquintida.

gelicidium - *geoc-* GL. AA 458, 2, 22.

gelu - latiore sensu, frigora: BEN. VIII 1635 A 12 solem -uque ... ferre.

gemella - vasis genus (cf. *gemellio* et DUC. 1 *gemella*): AGNELL. 387, 6 aureos, quos ego ei in -a porrexi, in sola conclusit laeva.

gemellio - sacri vasis genus (cf. BLAISE *gemelliones*): ORDO 5, 14 -es argenteos ... bajuli portant.

gemellus - *ga-* GL. AA 458, 2, 17. — In metaph., *-os edere fetus,* bonorum operum copiam agere: PAUL. DIAC. Coll. 1216, 5

signat sanctorum animas, quae velut greges caprarum ... -os edunt fetus et sterilitatem ignorant.

geminu - v. *genius.*

geminus - de reb. abstr., sensu metaph.: PAULIN. Laz. 54, 1 sorores spes et fides -ae.

gemitus - de turturum et columbarum cantu: PAUL. DIAC. Coll. 1203, 13 utraque avis -um pro cantu habet. — Dolor: 1344, 17 -um peccatorum suorum incessabiliter ostendentes: GREG. M. Ep. I 7, 6, 11 ruinae meae mihi -um renouastis: DOC. VOGH. 2, 15 cum manifestus est -us noster. — *In -u esse*, flere, dolere: ANN. ECCL. a. 519, 235, 10 est in -u discerpta fraternitas.

gemma - transl., sensu, mor.: FLAV. VERC. 132, 22 floribus ... variis operum -isque nitentes; spirit.: LAUR. Ben. 887, 33 eum voluit manifestari: quatenus tam praenitens signorum efficacia -a diu sub latibuli modio non esset occulta.

gemmula - in metaph.: SEQ. IN. 54, 51, 6b jamiam fert lolium ligustri folium, tribulus -am; *virginales -ae*, virgines: PAUL. DIAC. Coll. 1492, 50 circumdant eam flores rosarum et lilia convallium, virginales -ae, in sua signifera exsultantes.

gemnasium - v. **gymnasium.*

gemo - in metaph.: AGNELL. 314, 19 nec sancta ecclesia vocis balatibus -at. — Sensu spirit., oppressum esse: PAUL. DIAC. Coll. 1231, 4 cum adhuc sub gravi fasce tentationum -res: DIPL. KAR. 315, 2 pro libertate Christianorum in Hispania -ntium; angi: ANN. ECCL. a. 502, 14, 61 qua confessione tantae civitatis et -mus et horrescimus.

gena - *gaene* GL. AA 458, 2, 20.

genarius - v. **ianuarius.*

genca - iuvenca: MON. NEAP. DUC. 6 nov. 953, 65, 19 una bacca holibastra cum una -a rubea filia sua; cf. et **ienca.*

genealogia - *-neloja* DIPL. REG. 240, 5.

genecium - v. **gynaecium.*

geneculum - v. **geniculum.*

geneloja - v. *genealogia.*

gener - nom. sing. *-o* SER. PRINC. LANG. 150, 25.

generacio - v. *+generatio.*

generalis - *sacra -a*, scripta rerum sacrarum: ANN. ECCL. a. 519, 244, 41 noveris etiam et sacra -a esse edita. — Sensu phil.: RUST. disp. 1181 C 10 unum summumque genus habet divinitas atque humanitas: substantia enim -issimum genus est divinitatis et humanitatis, quae est per semetipsum subsistens.

generalitas - *sub quadam -e*, de re quae nimis in universum recensetur: PAUL. DIAC. Coll. 1377, 6 quo morbo Pharisaeus iste potissimum laborasse probatur, qui sub quadam -e, omnibus infra se positis suaque praeponderans merita, etiam publicano oranti se praetulit. — Sensu concreto, de omnibus hominibus vel de universo populo: ANN. ECCL. a. 514, 140, 21 quia nec potest ex parte firmum esse, quod -is tangit iniuriam: a. 537, 562, 23 talis res effecta est ... ut aequitatem vestram -as debeat admirari: COD. PAD. 23 febr. 840, 19, 18 primatibus seu reliquo populo et cuncte -i ad ducatum Venetie pertinentibus.

generaliter - *ie-* CARTAE ANT. ROMA 18 febr. 1018, 451, 24. — In form. *-r et in integro*, in universum: PAP. DIPL. 15, 16 -r et in integro: REGTO SILV. 4 iul. 761, 258, 31 cum universis possessionibus et omnibus eis -r et in integro pertinentibus. — Perper. pro *generetur:* ANN. ECCL. a. 502, 15, 52 (cf. *genero*).

generatio (-cio) - *ie-* CARTE PARMA 4 iun. 928, 261, 7: 31 ian. 999, 274, 12. — *-em habere*, oriri: PAUL. AEG. 46, 6 spasmi ... a plenitudine habent -em. — De Iesu Christi incarnatione: PAUL. DIAC. Coll. 1164, 55 hujus -is minister es (Joseph), non largitor; servus et non Dominus: LIT. BEN. 302, 18 per -em et nativitatem tuam. — Sensu spirit., de heredibus vel successoribus: ANN. CAM. a. 858, 17, 59 qui in perpetuo in -bus et progeniis fuerint coram tuo altari ... hymnos Domino precinentes.

genero - coni. praes. pass. *-ritur* DOC. LUC. V, 2, 23, 11, perper. *-aliter* ANN. ECCL. a. 502, 15, 52. — Afferre: PAUL. DIAC. Coll. 1486, 2 plurima suppeterent exempla, si fastidium non -ret oratio prolixa: DOC. AR. mart. 955, 93, 15 neque ad nos ... neque ad nostris filiis et eredes nulla ... abeatis -ta molestia. — Seq. dupl. acc., efficere: APP. Cant. 41, 6 auditores quos, maledicendo, nequiores -at. — Renovare, recreare, de bapt.: AR. act. I 663 qui -tur aquis: 816 confessio ... -ntis aquae.

genes - fort. perper. pro *genus*: COD. PAD. mart. 1016, 136, 6 bene Deum amatrice et Deum timente et honor viduarum et -es puellarum tenente.

genestarium - locus genistis consitus: COD. LANG. 12 mai. 964, 1187d primo campo est -o et nominatur ad viniali ad Corenciaco.

genetrix (-ni-) - *ce-* COD. LANG. 26 mai. 988, 1478c, *ie-* inf., *ze-* DIONISI Ald. 122, 3, *ghe-* DOC. LUC. V, 3, 88, 19. — Nom. sing. *-is* CARTE ANT. ROMA ian-iul. 936, 438, 18, *-ice* NECR. MUT. ANT. 121, 18: SER. PRINC. LANG. 149, 29: FICKER aug. 918, 27, 32: RETRO GEN. 2 febr. 1018, 101, 10, *-ige* COD. DIPL. LONG. aug. 732, 172, 9, gen. *-ces* ION. Ioh. 326, 6, *-cae* DIONISI Ald. 106, 30, *-jce* CARTE ASTI. 20 apr. 974, 187, 7, dat. ? *ie-rjs* 28 dec. 1007, 263, 5, acc.*-eim* COD. LANG. 12 mai. 716, 15a; COD. DIPL. LONG. 12 mai. 721, 107, 13, voc. *-cis* PAP. DIPL. 30, 38. — Transl., de terra: MAXIM. I, 1, 227 suscipe me, -x.

genetur - v. *genitor.*

geni - v. *genitor.*

genicium - v. **gynaecium.*

genicolum - v. **geniculum.*

genimen - fruges: MART. 203C usque nunc vero non potuimus de novis -bus emere, nisi uno numismate modio quattuor.

genissarium - locus genistis consitus (cf. *genestarium*)?: COD. LANG. ant. saec. XI, 1775 a primo -o pertica I.

genissi - e gr. γένεσις? dies natalis?: MON. NEAP. DUC. 9 mart. 1021, 245, 20 per festivitate S. Marie -i qui sunt de septembrio mense.

genitala - v. **genitalis.*

genitalis - transl.: PAUL. DIAC. Coll. 1186, 7 ille sanctus ... Ecclesiae virginis ad generandos populos Dei, immaculatae fecunditatis aperiret -e secretum. — Ingenitus, insitus: ANN. ECCL. a. 516, 167, 31 fidelem vobis vel pro suis moribus, vel pro ipsa affectione -i nostrae provinciae: LEX ROM. CAN. 134, 195, 1 si -e sit feritas, cessat?

genitium - v. **gynaecium.*

genitor (ie-) - *je-* COD. LANG. 12 mai. 716, 15b, *-netur* COD. DIPL. LONG. 12 mai. 721, 107, 22, *-tur-* dec. 718, 88, 14: KOHLER 56, 3: 61, 13: DOC. TREV. 43, 1: 23, *getor* CARTE PARMA dec. 954, 337, 1, *geni* DOC. TREV. dec. 762, 43, 8. — Nom. s. *-ori* REGTRO GEN. 2 febr. 1018, 101, 10, gen. *-ori* COD. DIPL. LONG. 9 apr. 767, 218, 14: SER. PRINC. LANG. 141, 6: MEM. AM. 5 iul. 1014, 226, 11, *-turi* COD. DIPL. LONG. mart. 737, 192, 17: COD. TOSC. mart. 772, 623, 4, gen. s. dat. *-ore* REGTO AL. 9 apr. 987, 366, 17, abl. *-ori* CARTE ASTI 11 mart. 1017, 287, 9, abl. pl. *-turis* CARTE PIAC. a. 735 ?, 56, 8. — De Deo Patre: PAULIN. Laz. 16, 1 tu es unicus aeterni -is filius: PAUL. DIAC. Coll. 1206, 43 ego (scil. natura) nascentia cuncta tribuere -is imperio jussa sum. — Pl., parentes: KOHLER 61, 13 nulla est in hunc seculo melior quam servitius filiorum aut filiarum nec donus plus amatus quam qui ad -turibus suis ceditur possedendum: CARTE PIAC. a. 735 ?, 56, 8 pro missa et luminaria mea uel de -turis meis; maiores: PAUL. DIAC. Coll. 1519, 42 ab Abraham -es commemorans.

genius - *ie-* COD. LANG. 26 mai. 988, 1480a, *ze-* CHARTAE I 27 apr. 919, 72, 123a, *geminu* MORB. Nov. 305, 45. — In form., modus, ratio: BULL. CASIN. II a. 774, 17, 18 per comparatione, ... commutatione et per quolibet -o: DOC. TREV. 63, 6 per nullo -o: MORB. Nov. 304, 23 per covix -o: DOC. TUSCIA 10 oct. 1010, 83, 15 si vobis exinde alliquit per covix -um subtragere quexierimus: al.; redund.: COD. TOSC. nov. 793, 298, 14 potestatem non vindere nec donare per nullo argumentum -ii. — Colludium: GL. EPOR. 649, 2, 35 -o i. conludio.

gennarius - v. **ianuarius.*

genoculum - generatio (cf. **geniculum*): MEM. MOD. 31 mart. 914, 96, 16 ut ... debeatis concedere mihi ... uel ad meis heredibus usque in quarto -o peciola una de terra.

gens - latiore sign.: COD. LANG. 29 ian. 852, 298b nulla contradicente persona .. quamque de cuiuscumque -is seu de transeuntibus navibus: MISS. LAT. 29, 4 Deus illuminator omnium -ium: SERG. IV 1513 D 9 de -bus servis Dei; redund.: PASS. DOMN. 991, 50 facta est persecutio super Christianorum -em. — Christianis opponuntur *-es*, latiore tamen sign. quam *gentiles*: GUNZO, 1285, 20 ex quo liquido

colligitur *eos inter -es computari qui sine* operibus Christiano nomine se insigniri gloriantur. — Multitudo: PASS. ANSANI 64, 9 ut faciam apud urbem quae vocatur Sena te crescere in -em magnam. — Nationis dignitas: PAUL. DIAC. Coll. 1255, 13 Dominus ... crudeles sui homicidas, digna punivit ultione, locum, -em simul et regnum eis auferendo.

gentiaca - v. **gentiana.*

gentilis - *-llem* IOH. NEAP. Febr. 540, 54. — Abl. s. *-e* ROTH. 47, 6. — *Ius -ium,* ius gentium: LEX ROM. CAN. 114, 170, 2 quod ... naturalis ratio inter omnes *homines constituit,* id apud omnes populos ... custoditur, vocaturque ius -ium, quasi quo iure omnes gentes utuntur.

genu - *-um* GL. AA 442, 2, 14, pl. *-uae* ANN. ECCL. a. 512, 123, 47. — Fig.: ANN. ECCL. a. 509, 88 *adn.* 2 rem pessum Romanam dedit et in -ua, ut ajunt coegit succidere: a. 532, 446, 54 Lauram [urbem] quae a frequentibus illis tumultibus ... et bellis iam inclinata fuerat in -ua, mox erexit: LEO VERC. Ot. 38 Germania et Belgica ... curvant -ua; *mentis -u inclinato,* suppliciter, reverenter: IOH. IV 607 B propter quod etiam mentis inclinato -u tota mecum Ecclesia supplicat, ut...; *(dis)soluta -ua erigere,* refici: ANN. ECCL. a. 512, 123, 47 festinate ad curam resolutorum Ecclesiastici corporis membrorum, ut ... manus dissolutaque -uae erigatis: MART. 151D soluta -ua erigentes ... ad bravium supernae vocationis properemus. — GL. AA 442, 2, 14 barrum proprie -u tardum.

genuarius - v. **ianuarius.*

genuculatim - suppliciter, genu flexo: COD. LANG. 31 iul. 818, 175b adiens serenitatem culminis nostri ... -im obsecrando.

genuculum - v. **geniculum.*

genuflexo - genu flexo: ORDO VI 74, 13 -o ante eum totum illi sinum de eodem cooperiant: PAUL. NEAP. Mar. Aeg. 675 D unusquisque -o publice amplectebatur abbatum.

genuinum - adv., proprie, privatim: ANN. CAM. a. 957, 63, 32 in die natalitii mei ... canere debeatis pro me in natali -um missas duodecim: BULL. CASIN. II a. 957, 43, 47 canere debeatis pro me -um missas duodecim.

genum - v. **genus.*

genus - *je-* CARTE PARMA 15 dec. 926, 258, 10, dat. *-ncri,* vit. typoth. GUNZO 1294, 55. — BOETH. Top. Cic. 1065 B -us ... (est) quod de multis specie differentibus in eo quod quid est praedicatur. — De humano -e: ANN. ECCL. a. 527, 369, 18 limum habent omnes -is auctorem, et qui purpura ... turgent, et qui paupertate ... affliguntur: 369, 23 ne igitur lutulentum iactemus -us, sed morum integritate gloriemur: PAUL. DIAC. Coll. 1166, 44 (Maria) pariet filium ... ad erigendum jacentium -us: 1168, 4 parens ille primus ... exsul et perditus in omni -e suo radicem ... peccati *traduxit.* — Pars: GL. MED. 21, 11 colici: dicti sunt a parte, qua patiuntur; colus ... ex ipsa passione vexatur, hoc est intestini -us quod isto nomine nuncupatur. — *Tertium -us,* chartae species, qua quis alteri quippiam cedit aut promittit (v. DUC.): REGTO SUB. 15 apr. 943, 74, 5 breue recordationis facta qualiter libello tertio -e de cesinas monasterii: ANN. CAM. a. 945, 41, 48 neque magna parvaque persona audeat per libellum aut tertium -us ... suprascriptis locis ab eodem monasterio auferre: a. 1013, 205, 23 ipsum refutaverunt locum a Johanne abbate ... sed ipsum tertio -i minime reddiderunt. — GL. AA 441, 1, 33 arquatus morbigens (= morbi -us?).

geocidium - v. *gelicidium.*

geometricus - qui de terra eiusque partitionibus tractat: AN. RAV. 165, 12 portio Cham, quam -i philosophi Africam appellaverunt.

geramon - v. **geranion.*

geras - e gr. γῆρας, senectus: PS. SOR. 256, 19 quid est -as? senex.

geracis - e gr. ἱέραξ, accipiter: AGNELL. 356, 5 iste in sua sede ut lupus in grege, leo inter quadrupedia, -is inter volatilia, procella in maturis fructibus.

gerbedus - v. **gerbidus.*

gerbidus - *ie-* COD. LANG. 31 mai. 990, 1501d, *-rmin-*? DIONISI Ald. 177, 17. — Abs., subst.: DOC. AR. 4 aug. 979, 108, 28 terris laboratoriis et pratis atque et -is: DOC. TUSCIA 26 mart. 1017, 256, 29 -is et buscaleis seu silvis: MEM. MOD. 14 iul. 1021, 17, 15 de -is et buscaleis ... iuges quattuor: al.

gerbosa - locus herbosus (an *gerboras* pro *gerbosas* legendum? cf. +*gerbum*): CARTE PARMA oct. 943, 302, 19 silvis e stalariis vel -as.

gerbum - *ie-* CARTE ASTI apr. 957, 142, 10, *-o* 29 iun. 961, 163, 17, abl. pl. *-rmis* CHARTAE I 19 apr. 996, 180, 301C. — Pl. *-oris* CARTE PARMA mai. 953, 331, 3, *-oras* CHARTAE I 22 iun. 938, 85, 140a: DOC. LUC. V, 3, 257, 41.

gerbus - herbosus: CARTE ASTI 10 iun. 872, 12, 8 terra -a seo sterpedo: CHARTAE I aug. 976, 145, 251a pecia terra -a: mart. 954, 104, 172b pecia una de terra colta et -a.

gergarius - circulorum opifex? (cf. DUC. *cerclarius*): TAB. MAR. LAT. 4 apr. 1012, 40, 28 †Johannes v.h. -us filio Lapo de Montorone.

germanitas - sensu spirit.: AT. Exp. 339C quia major est ista -as spiritalis quam carnalis.

germanus - *ce-* PAP. DIPL. 174, 80. — Nom. sing. *-o* SER. PRINC. LANG. 141, 6: INVENT. LUC. 12, 10, gen. *-o* MAFF. Ver. II a. 757, 636, 10, *-us* CECCH. 28, 36, fem. *-a* MAFF. Ver. II a. 757, 636, 11, acc. *-o* DOC. TREV. 54, 24, abl. *-u* CECCH. 29, 4, pl. nom. *-es* CARTE PARMA 3 mart. 941, 293, 5, acc. *-i* INVENT. LUC. 12, 1, *-is* DOC. TREV. 46, 4, *-us* 39, 10, n. *-ia* VITA LEI 98, 5.

germen - transl., principium: IOH. NON. 107, 6 ad proferendum iustitiae -n terram alieni cordis fecundam efficiunt. — Semen, de humano genere: BOETH. Phil. Cons. 63, 6 mortales cunctos edit nobile -n. — Stirps: ANN. ECCL. a. 526, 361, 4 recipite prosperum vobis semper nomen, Amalorum regalem prosapiam, Baltheum -n, infantiam purpuratam. — De haeresi: ANAST. MON. Ep. 678B quae inane figmentum fictae cogitationis est, et -n quod ab idolatria nil penitus differt: ANN. ECCL. a. 541, 628, 23 Theodorici tempore illud iniquum -n coepit pullulare.

germinus - v. *gerbidus*.

germum - v. *gerbum*.

gero - *iess-* CARTE MICA 9 sept. 1003, 27, 30. — 1ª pers. plur. praes. ind. *-mos* DOC. LUC. V, 2, 6, 14. — Regere: AT. Exp. 257B sicut cuncta membra -ntur a capite, ita et interius omnia disponuntur a mente. — Statuere: ADN. COD. IUST. 11, 3 qui tota bona sua ... pro captivis erogandas per testamentum -ssit. — Concedere: PAP. DIPL. 18, 24 privilegia ... -sta sunt. — *Alqd fideliter -re*, id ad effectum studiose adducere: ANN. ECCL. a. 534, 477, 34 totum vobis dignum est, ubi pietas invenitur: siquidem aliena desideria fideliter -re, hoc est bona propria perfecisse. — *Officium, vices -re*, officio, vicibus fungi: PASS. FAUST. 141, 15 calimerus officium mulionis -bat: LIB. DIURN. 86, 1 cui licet impares meritis vices tamen -mus: BULL. CASIN. II a. 772, 13, 50 auctoritate B. Petri, cuius vices -mus: PAUL. DIAC. Coll. 1477, 41 qui vicem Christi -nt; *figuram -re*, imaginem exprimere: AT. Exp. 422 A illi ... qui in Veteri Testamento ungebantur, fidelium -bant figuram: PAUL. DIAC. Coll. 1492, 59 sanguinei coloris est et martyrii -it figuram; *curam alci rei -re*, ei rei studere: BULL. CASIN. II a. 841, 26, 19 curam -at honoribus; *actum gratiarum -re*, gratias agere: SEQ. IN. 180, 202, 3b -it actum gratiarum; *notitiam -re*, nuntiare: PASS. SERAP. 500, 24 suadens illam, ut Iesu Christi notitiam -ret; *vocabulum -re*, appellari: COD. ISTR. a. 698, 34, 17 urbi ... Ticino dicta ab amne, qui confluet proprium -ns Papia vocabulum; *inscriptum -re*, inscribi: ANN. ECCL. a. 502, 95, *adn.* 10 flocci fecit librum quod -ret inscriptum Tragoedia. — *Pugnam -re contra alqm*, eum persequi: ANN. ECCL. a. 502, 17, 43 omni die pugnam contra Ecclesiam in media civitate -bant. — In form., , *prae manibus -re* exhibere: PAP. DIPL. 171, 7 ipsa instrumenta venditionum prae manibus -o. — Tolerare: PAUL. DIAC. Coll. 1298, 53 -tae caecitatis opprobrium.

gerolus - v. *gerulus*.

gerontochomium - v. *gerontocomium*.

gerontocomium - *-cho-* GL. VAT. 1469, 522, 1, 36.

gerosia - v. *gerusia*.

gerro - *-rtho* GL. AA 458, 2, 29.

gertho - v. *gerro*.

gerula - fort. reliquiarum theca (cf. BLAISE *gerulus*): MON. DUC. CAR. a. 957-995, 48, 20 cappe II, planete II ... turibulos cum ipso quem vos dedistis, -e II.

gerulus - *-rol-* ION. Ioh. 335, 19.

gerum - v. **genus*.

geruntes - GL. AA 458, 2, 23 -es geruli.

gerus - a gr. ἱερός, sacer: GL. MED. 31, 17 Graeci ... -an noson vocaverunt. V. **ierus*.

gerusia - *-ros-* GL. AA 458, 2, 27.

gesta - narratio, scriptum de rebus gestis: PORFYR. 779 D 10 Porfyreus -am scripsit: ACT. VIG. 27, 133 sume tecum -am sancti Vigilii ... nuper compertam ut manifestetur virtutibus, quam ... Augustus tradidit militi deferendam: TRANSL. FIRMI 310, 14 iussit Anolinus ut omnes -ae Christianorum adducerentur ante eum et fecit eas comburi; inter libros ecclesiasticos recensentur: COD. LANG. a. 905 s. 906, 718 c evangelium I, -as II. — GL. AA 465, 2, 33 Milesiae amatori aegestas (= amatoriae gestas). Cf. **gestus*.

gesticulor - 1ª pers. pl. *-mus* GL. AA 458, 2, 33.

